alia producit. corripitur in hac mortalem eripiat formam. producitur in hac. ducam scribam quoniam primæ sunt uerborum syllabæ: nec declinationibus immutatæ secundæ personæ singularis coniugationis tertiæ duplicis nouissima syllaba semper producit. ut audies scribes quæ syllabæ uerborum ultimæ ubiq; producitur. penultima sane syllabæ primæ personæ congruit. Tertia quoq; persona similiter in ambabus syllabis cõsentit. Pluralis personæ omnes sine ambiguitate penultimam semp̄ producunt: & ultimam corripiunt. ut audiemus rapiemus audietis rapietis. Tertiæ uero personæ penultima syllaba singularis personæ consentit.

¶ Modo imperatiuo tempore præsenti numero singulari persona secũda omnes coniugationes productæ præter tertiam correptam ultimam syllabam producit. ut littus ama. & Tu uatem tu diua mone. Tertiæ sane coniugationis correptæ persona secunda singularis ultimam corripit. ut continuoq; greges uillis lege. Tertia persona singularis omnium coniugationum ultimam syllabam corripit. ut donet moneat audiat rapiat. Secũda p̄sona pluralis in prima & secunda uel tertia cõiugatione productis penultimã syllabã semp̄ p̄ducit: & ultimã corripit. ut donate monete audite. ultima aũt breuis est in tertia cõiugatione correptæ ultima & penultima breues sunt. ut dicite felices animæ. & cingite fronde comas. Impatiuus modus.

¶ Futuro tempore numero singulari secunda persona in tribus ordinibus coniugationum productis ultimam & penultimã syllabã semp̄ p̄ducit. ut clamato moneto audito. In tertia coniugatione correpta penultimam corripit. ut postremas metito. Tertia persona coniugationis primæ numero singulari penultimam producit si a litteram quæ coniugationẽ ostendit habuerit: eam & aliquando corripit. ut Lucanus in q̄nto Cæsar habet. & si o uocalem habuerit producit. ut donet. Quoniam ut supra diximus primæ uerborum syllabæ in fundamento non in declinationis flexibilitate consistunt: merito suam naturam penultimo loco custodiunt. At in aliis uerbis eiusdem primæ coniugationis ubi declinatio inflectit: penultima syllaba breuis inuenit. ut clamitet quæritet. Cæteræ uero cõiugationes huic formæ consentiunt. ut penultimam breuem habeant. ut ıre neq; ab terra moneat. c. f. & audiat hæc genitor qui fœdera. f. nouissima etiam syllaba quæ. t. littera consonante semper finitur in omnibus breuis est. In omnibus autem cõiugationibus numero plurali personã secunda penultimam syllabam semper longam: & ultimam breuem recipit. ut clamatote monetote auditote scribitote.

¶ Optatiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto productis coniugationibus prima persona singularis penultimam longam: & po- Optatiuus modus

stremam breuem habet.utinam amarē docerem audirem:tertia correpta corripit penultimam ut arriperem cingerem. Secunda persona duabus longis terminatur:utinam amares moueres audires moneres. hæ enim uocales quibus coniugatio producta cognoscitur:ubiq; produci debent: præter tertiam correptam quæ e litteram correptam recipit. Tertia uero coniugatio correpta penultimam corripit utinam cingeres. Tertia psona singularis primæ consentit: plurali numero prima & secunda persona omnium coniugationum penultimā longā & ultimā breuem recipiunt. ut utinā clamaremus clamaretis:moneremus moneretis:audiremus audiretis:raperemus raperetis. Tertia psona in productis coniugationibus penultimam producit. In tertia correpta corripit.utinam cingerent.

Præteritum tempus omnium coniugationum

¶ Tempore præterito & plusq̄perfecto omnibus coniugationibus persona prima singularis:postremā breuem habet.secunda persona longā: es enim syllaba producta terminatur.ut amasses audisses. Tertia persona primæ congruit. Plu.in omnibus coniugationibus prima secundaq; persona penultimam longam & postremam breuem habet.ut amassemus amassetis.rapuissemus rapuissetis.

¶ Tēpore futuro prima psona penultimā syllabā in oibus cōiugationibus corripit:utinē clamitā moneā audiā eripiā.si uero prima uerbi syllaba in penultimo loco fuerit pro natura sui longa inueniť.utinā clamē utinā donē a lr̄a corripiť.ut flumina amē syluasq; inglorius.ultima omnium semp breuis est. In secūda psona eadem erit penultima syllaba quæ in prima fuerit.secūda psona.siue es siue as syllabas habuerit ultimas producit. In tertia psona penultima syllaba eadē quæ in supioribus erit.ultima uero semp breuis. Pluraliter autē & prima & secūda psona in oibus cōiugationibus penultimā longā recipit.& ultimā breuē.ut utinā donemus donetis moneamus moneatis:audiamus audiatis:legamus legatis. Tertiæ personæ singularis in penultima syllaba similis inuenitur.

Subiūctiuus modus.

¶ Adiunctiuo modo præsens & præteritū imperfectum & plusq̄pfectū tempus optatiuo modo congruit. Perfectū uero tempus numeri singularis in oibus psonis omniū cōiugationū penultimas ultimasq; syllabas breues habet.ut cū clamauerim clamaueris clamauerit.ut cū monuerim monueris monuerit.ut cū audierim audieris audierit.ut cū scripserim scripseris scripserit. Plurali aūt numero in oibus quattuor coniugationum modis personas duas primam & secundam:quæ penultimam semper producunt:ultimam uero corripiunt. Tertia uero persona penultimam corripit.ut cum donauerint: monuerint audierint legerint. Tempore sunt

Futurū subiunctiui.

alio.(Nam duo recipit)quoniam primum futurū tēpus futuro tēpori

modo pnunciatiuo

modo pronunciatiuo consentit prima psona singularis sola nouissimā syllabā lōgā habet.ut donauero monuero cæteræ duæ singularis:eadēq; primā penultimā breuē recipiūt.ut donauero donaueris donauerit.Plurali numero pria & secūda psona oium cōiugationū:penultimā longā & ultimā breuē habēt.ut clamauerimus clamaueritis monuerimus monueritis audierimus audieritis dixerimus dixeritis. Tertia persona omnium penultimam breuem habet.

¶Infinitiuus modus tēpore præsenti productis tribus cōiugationibus penultimam longam habet.ut Plausæ sonitum ceruicis amaræ.

¶Itē docere monere.Interdū tamē i secūda cōiugatione penultima syllaba corripit̃.ut feruere leucaten.& cū littora feruere late.sed in hoc uerbo recte corripit̃.qm̄ antiq tertiā cōiugationē magis quā secūdā esse uoluerūt.ut Lucilius feruit nūc feruet ad annū.& Terētius in adelphis dū feruit maxime.ergo errare noscunt̃ hi:q Vergiliū nostrū longā ꝑ breui posuisse putāt:ut in his uersibus longā ꝑ breui sane posuit.illæ aūt paribus quas fulgere cernis in armis:& Auroq; effulgere:nā sine dubio hui9 uerbi secūda ē cōiugatio:quæ debet ꝓduci.Nā tertiæ cōiugationis ꝓductæ exēplu subiiciā & stabulo frenos audire sonantes.Tertia coniugatio correpta tēpore præsenti penultimā breuē recipit.ut Tu calamos īflare leues ego dicere uersus.ultima aūt syllaba in oibus coniugationibus breuis est tpe ꝑterito:postrema semp ubiq; breuis est.ut superas cœli uenisse sub auras.Interdū aūt præteritū tēpus i lrām duplicat penultimæ syllabæ:sed in his dūtaxat uerbis:quæ ꝑterito pfecto modi ꝓnūciatiui duplicauerint ut supradictū est:non solum metri causa:q̃ rationis.ut nos abiisse rati.futuro quoq; tempore penultima lōga & ultima breuis est:sed nō facilius huius temporis & modi uerbum in poematibus inuenitur.

Clamauerimus.
Clamaueritis.
Infinitiuus modus.
Feruere.
Fulgere.
Venisse.

¶De declinatione passiuorū deponentium cōmuniumq; uerborum.

MOdo ꝓnunciatiuo.i.indicatiuo:tēpore ꝑsenti numero singulari: psona prima penultimā syllabā in aliqbus uerbis longā recipit.ut ducor clamor.Si tamē prima uerbi syllaba fuerit i aliqbus breuē.ut quo feror unde abii si multaꝝ uerbū aliquod fuerit syllabaꝝ frequēter penultimā corripit:postrema aūt semp breuis est & erit.secunda tertiaq; psona singularis excepta tertia cōiugatione correpta:penultimā longam & postremā breuē recipiunt.Tertia enim correpta duabus breuibus postremis terminatur. ut ducitur infelix æuo.numero plurali persona prima in productis coniugationibus penultimam longam habet.ut secunda & tertia persona singularis. ut clamamur monemur audimur. In tertia autem correpta breuem recipit. ut legimur & ferimur per opaca locorum.

Indicatiuus ideq; pronūciatiuus.
Verborū passiuorū deponentiū cōmuniūq;: p cōiugationū modos & tempora quantitas in syllabis.

Persona secunda penultimā breuē & ultimā longā admittit ut amamini: & mouemini. omnis enim syllaba in uerbis: ut in aliis partibus orationis: i lra uocali finita: semp producit. Tertia persona postremā breuē habet. Tēpore ptō impfecto oibus in cōiugationibus psonisq; præter secundā personā pluralis penultimā semp longā & ultimā breuē inuenies. ut ducebar ducebaris ducebat. Itē plurali ducebamur. secūdæ uero personæ pluralis syllaba ī tertio ab ultima loco pducit: ut ducebamini. Tertia psona pluralis ultimā breuē habet. Tēpore præterito pfecto & plusqper-

Præteritū perfectū & plusqperfectum.

fecto numero singulari prima & tertia coniugatio producta penultimā longam & postremam breuem habet. ut donatus auditus. secunda autē coniugatio uel tertia correpta: penultimam syllabam aliquando breuem recipit. ut admonitus aliquando positione longam. ut scriptus: plurali autem numero ultima longa est. ut admoniti: penultima breuis. Tempore futuro prima & secunda coniugatio persona prima numero singulari penultimam longam habet. ut amabor & docebor. Secunda & tertia psona breuem. ut Horatius in arte poetica. Nec semp feriet quodcunq; minabitur arcus. Scire autem oportet q; litteræ uocales: quæ tres coniugationes productas ostendūt: frequenter produci debent. Numero plurali prima persona postremas breues habet. ut amabimur monebimur. Secunda psona breuē & longā. Tertia persona ultimam breuem recipit. Tertia coniugatio producta uel correpta eiusdem tēporis futuri primam personam duabus postremis breuibus explicat. ut nutriar rapiar. In secūda persona penultima longa: & postrema breuis erit. dissyllabis autem uerbis interdum penultima longa: & postrema breuis erit. ut in Horatio primo carminum. Scriberis uario fortis. plurali numero prima persona penultimam longam: & postremam breuem habet: ut audiemur & rapiemur. Secunda persona tertiam ab ultima longam: penultimam breuem: postremam longam habet: ut audiemini & rapiemini. Tertia persona ultimam breuem habet: ut audientur: rapientur. Imperatiuus modus tempore præsenti numero singulari persona secunda uel tertia: in coniugationibus productis penultimam longam & ultimam breuem habet: ut amare ametur: monere moneatur: audire audiatur. In tertia autē coniugatione correpta secunda persona: utræq; postremæ breues sunt. ut scribere legere. In tertia persona penultima longa & postrema breuis est. ut legatur. Plurali numero persona prima omnium coniugationum penultimam longam & ultimam breuem habet. ut amemur moneamur audiamur: scribamur. Secunda persona tertiam ab ultima longam: penultimam breuem: postremam longam habet. Teria persona

postremam semper

postremam semp breuem:recipit. Tempore futuro in omnibus coniugationibus productis:secunda uel tertia persona singularis penultimam longam habet:& ultimã breuem.ut Contemplator item.cum tertia autem coniugatio correpta penultimam syllabam breuem habet.ut legitor scribitor. Pluralis numerus persona secunda coniugatione tertia correptæ competit. Optatiuo modo tempore præsenti & præterito imperfecto numero singulari personæ omnes in tribus coniugationibus productis penultimam longam recipiunt.ut utinam donarer monerer audirer:similiter in cæteris personis singularibus.Item pluralis prima psona singulari congruit.secunda persona tertiam a fine longam habet.penultimam breuem & ultimam lõgam.ut utinam amaremini moneremini:audiremini:ultima autem syllaba præter secundam personam pluralis:breuis est. Tertia autem coniugatio correpta a superioribus longe discrepat. Nã ut illæ litterã uocalẽ producunt:quæ est index cõiugationis:ita & ista corripit. Prima tamẽ psona singularis penultimã & ultimã corripit.ut utinã scriberet utinã legeret.secũda aũt psona uel tertia singularis penultimã syllabã pducunt,ut utinã rapereris raperet. Numerus pluralis superioribus cõiugationibus cõsentit.utinã scriberemur: Præteritum pfectũ & plusqpfectũ tẽpus:modi pnunciatiui:duobus tẽporibus congruit:Prima psona futuri tẽporis in prima cõiugatione postrema syllaba breui explicatur.penultimam autem interdum positione longam:ut utinam contẽpler:aliquãdo breui.ut utinã amer interdũ longa.ut utinam exclamer. Secundã uel tertia psona singularis in omnibus coniugationibus penultimam syllabam semp longam recipiunt:siue.a.siue.e.uocales habeant. Prima coniugatio.e.litterã pductam habebit.ut utinã contempleris contẽpler.cæteræ uero.a.litterã pductã habent.ut utinam monearis utinã audiaris:utinam legaris.de postrema autẽ omniũ non dubitaueris quin breuis sit eadẽ.litteræ uocales.a.&.e.uim suã etiã numero plurali custodiũt.ut utinã contẽplemur contẽplemini.utinã doceamur doceamini.utinã audiamur audiamini.utinã scribamur scribamini.secundæ psonæ penultima breuis est & ultima longa: Adiunctiuus modus tẽpore præsenti:optatiui modi futuro tempori competit. Præteritũ imperfectum tempus præsenti tempori modi superioris congruit. Præteritum autem perfectũ & plusquamperfectum modorum superiorum temporibus in sua specie consentiunt: futurum tempus primum huiuscemodi pro suis coniugationibus tempori futuro modi pronunciatiui cõgruit. ut contemplabor commonebor.cum audiar cum legar.aliud autem futurum uel ulterius præteritis temporibus perfectis consentiunt.

Infinitiuus qui & ppetuus modus.

Infinitus modus: quem & perpetuũ quidam uocant tẽpore præsenti coniugationibus tribus quas pductas semp esse diximus: penultima: postremaq; syllabis longis explicat. ut clamari doceri moueri: ut ne quere doceri. ut mutari ue putas bellũ: & hinc exaudiri. Tertia autẽ cõiugatione correpta: tẽpore itẽ præsenti si penultima syllaba ubiq; pducta fuerit & in capite uerbi fuerit hic quoq; pducẽda est. ut pgeniẽ sed enim troiano a. s. d. At si ubiq; corripit corripiẽda ut in Lucano. Romano spectãte rapi. Interdũ autẽ & positione lõga est. ut tanta ne: tam patiens. postrema aũt syllaba in oĩbus sine ambiguitate lõga est. Præterito tempore: prima & tertia cõiugatio pducta: penultimã longã & ultimã breuẽ semper recipiunt: ut reclamatũ esse auditũ esse. Secunda coniugatio penultimã syllabã interdũ breuem recipit: ut monitũ esse. Interdũ positione lõgam. ut doctum esse. Tertia autẽ coniugatio correpta semp positione longam efficit. ut ductũ esse deceptum esse. Futurum secundũ rationẽ cõiugationum in prima particula uerbi simile est præterito tẽpori: in postrema particula spondio constat. ut clamatũ iri monitũ iri scriptum iri. uerba impersonalia in ratione syllabarum actiuis & neutralibus uerbis: tertiæ tñ personæ in omni declinatione (præter infinitum modũ) similia sunt: & interdũ penultimã syllabam breuem recipiunt: ut non pudet obsidione iterum. In trissyllabo breuis est. ut pœnitet: aliquando naturaliter longa est penultima diphthongi rõne. ut tædet aliquando positione longa. ut oportet. Verba sane infinitæ declinationis. quæ alii impersonali modo uindicant. ut amatur amabat: docet docebat. In cõmuni declinatione temporum passiuis & deponentibus & communibus uerbis cohærent;

Participiorũ quantitas.

Participia omnium uerboꝝ: quattuor formulis syllabarum ultimarũ explicant: natura diuersis. Prima est qua præsenti tempore duplex inuenitur: aut enim ans syllaba producta finit. ut Ardet amans Dido aut ens eadẽ quoq; pducta. ut bella mouens. Secunda formula est quæ tẽpore futuro ex oĩbus significationibus ueniẽte uerborum uniformis erũpit, hæc semper rus syllaba explicat: penultimã longam & ultimam breuem syllabã reddẽs. ut si uisurus eum ibo. Ea autẽ Participia huius temporis: quorum uerba primam coniugationẽ recipiunt: etiam tertiam syllabam ab ultima semper producunt. ut amaturus contemplaturus. non immerito quia etiam in uerbis a lra quæ est coniugationis index: necessario pducit. Tertia formula duplex quem admodũ prima: & temporis præteriti esse cognoscit. Interdum enim tus syllaba finit. ut & ductus cornu stabit. Interdum sus syllaba. ut furit mugitibus æther concussus. utraq; syllaba breuis est. Penultimaꝝ aũt rationem syllabarum in uerbis pteriti

perfecti passiui

pfecti passiui scilicet ostẽdimus.ne eadem repetita documenta opusculũ nimium dilatent. Quarta formula est simplex: & futurum patiendi tempus ostendẽs: hæc dus syllaba semp breui finit horum omnium participiorum postremæ syllabæ p declinationes casuales: secundũ rõnem nominum ita seu longe seu breues intelliguntur. duo tamen participiis desunt quod & productam uocalem in fine duntaxat nunquam recipiunt & quod nullus casus eorum.t.l.uel.u.terminatur.

De Aduerbiis.

QVoniam statuimus: per omnes partes orationis decurrere: & de natura postremarum: siue penultimarum syllabarum: ut fert ratio disceptare: quæ tradi solæ regulariter possunt. Nam cæterarum præcedentium docet auctoritas rationem: idcirco docere exstimaui etiam de aduerbiis quæ tamen comprehendi possunt. aliquantulum disputare. ergo per omnes significationes aduerbiorum eundum est.

A duerbia temporis scilicet hodie cras mane nuper olim aliquando. hodie constat anapæsto. ut hodie uictor spolia illa superbi: Cras constat syllaba longa: ut in horatio primo carminum. Cras ingens. mane constat trochæo ut Mane ruunt portis. etiam cum nomẽ fuerit: eundem recipit: ut dum Mane nouum. Nup quoq̧ aduerbium Trochæo constat. heri spondæo constat. Vesperi constat cretico. Olim cõstat trochæo. olim arbos. aduerbium. Vt cum temporis fuerit & postea quam significauerit productam uocalem recipit: licet habeat positionem. ut in octauo. ut belli signum laurẽti turnus ab arce. aut si fuerit similitudinis breuem uocalem habebit: ut At uelut ille canũ morsu. Aduerbia localia. hic aduerbium a pnomine distat q pronomen corripiat & aduerbiũ pducat. ut hic ego nãq̧ tuas fortes. Illic uel illuc & huc aduerbia postremas longas recipiunt. ut huc illuc aciem circũtulit & huc ades. & Seneca in hecuba hendicasyllabo sapphico uersu. Ilium est illic ubi fumus alte. ibi uel ubi sine dubio primas syllabas breues habẽt. ultimas aũt scire oportet & longas & breues poni posse. lõgas ut cernit ibi mœstos. breues ut his ubi tũ. & atq̧ ubi iam patriæ. inde & unde aduerbia postremas syllabas breues recipiunt: ut inde ubi clara dedit. & unde laborum. quo uel qua: & hæc aduerbia longis syllabis cõstant. ut quo fugis ænea & qua uictrix redit illa. & hac iter elysium nobis. Item aduerbia localia quæ sub imagine nominum latent: cum inciderint ad rationem nominum referuntur. Item eminus & cominus dactylo constant. ut illum eminus. & totum cui cominus ensem. Procul aduerbium pyrrichio constat: ut haud procul hinc saxo. Nuper aduerbium tẽporis & donec trochæo cõstant. ut Horatius.

Aduerbia temporis
Hodie Cras
Mane Nup
Heri Vespi
Olim Vt
Hic
illic illuc huc
Ibi Vbi
Inde Vnde
Quo Qua
Hac
Eminus
Comminus
Procul

Aduerbia numeri
Semel
Quater
Nouies
Iterum
Denuo
Deinde
Rursus
Non haud
Nequicquã
Nequaquã
Frustra etiã
Vtiq; En
Ecce
Age Eia
Vtinam
Cur
Quare
Quianam
Fortasse
Forsitan
Forte Heus
Heu
Ne
Vna Simul
Pariter
Seorsum
Separatim
Sic Veluti
Vti
Quasi

nuper sollicitum quæ mihi tædium. & donec ut æstiuis effusus nubibus hymber. ℂ Aduerbia numeri quæ, l. uel. r. uel. s. litteris terminantur breues syllabas ultimas recipiunt. ut in Lucano semel omnia uictor iusserit. & Mœnia dardanidum quater ipso in limine portæ. in dissyllabis autẽ etiam primæ syllabæ breues sunt. illa autem quæ ens: uel es syllabis finiuntur ultimas syllabas longas habent. ut nouies styx: constat autem anapæsto. Iterum aduerbium numeri tribus breuibus constat. ut sublimis. animas iterumq; ad tartara. ℂ Aduerbia ordinis. denuo constat cretico. Deinde constat palimbacchio. ut Deinde satis fluuium inducit. Rursus constat trochæo. ut rursus abundabat. Aduerbia negandi: non & haud longis syllabis constant: ut Non ego myrmidonum. & haud equidem credo Itẽ nequicq̃ & Nequaq̃ cõstãt palimbacchio. ut nequicq̃ trepidat. frustra aduerbium constat spondio. ut uane ligus frustraq; animis. etiã aduerbium tribrachum recipit. ut hic etiam inuentum priamon. utiq; constat tribus breuibus. ℂ Aduerbia demonstrandi: en longam habet. ut en agros Ecce aduerbium constat trochæo. ut ecce dionæi processit. ℂ Aduerbia hortantis age eia. Age aduerbiũ constat duabus breuibus. ut te sine nil altũ mens inchoat: Eia age segnes. Item eia constat spondio ultima sane syllaba in synalipham cadit duobus his uersibus. eia age segnes. & hostis adest eia. ℂ Aduerbiũ optandi utinam constat ex tribus breuibus. ut atq; utinã ex uobis unus. ℂ Aduerbiũ interrogatiuũ. cur constat syllaba lõga. ut cur inquit diuersus abis. Quare aduerbium constat trochæo ut quare age & inceptũ. quianã aduerbiũ constat tribracho. ut Heu quianã tanti cinxerunt. ℂ Aduerbiũ dubitandi fortasse ultima syllaba breui finitur. Item forsitan cõstat dactylo. ut forsitan & Priami. forte cõstat trochæo. ut forte sub arguta. ℂ Aduerbiũ uocãdi heus longam habet. ut heus etiã mens. heu respõdentis aduerbium longa constat ut Lucanus. heu demens. ℂ Aduerbium prohibendi ne constat longa. ut ne pete connubiis. coniunctio autem si fuerit corripitur. ut Coniunx ne Creusa. ℂ Aduerbiũ cõmunicationis. ut una simul pariter. una aduerbium spondio cõstat. ut hi subito natum anchises unaq; sybillam simul constat pyrrichio. ut illa furens simul arua fuga. pariter constat tribracho. ut dixerat atq; animis pariter certantibus. ℂ Aduerbiũ seperationis seorsum & separatim. seorsum primam syllabam longam: & postremam breuem recipit. Item separatim constat ditrochæo. ℂ Aduerbium similitudinis: sic constat syllaba longa. ut sic ait. ueluti constat anapæsto. ut ac ueluti magno in populo. etiam separatim uti dicimus. ut Salustius in Iugurthino utiq; rẽ sese habere. Itẽ quasi cõstat pyrrichio. ut Tullius.

Nam quasi bos

Nam quasi bos sibi dedecor ingenuere parētes. ¶ Aduerbia compara/tionis: magis potius omnibus constant breuibus. ut tā magis illa fremēs. & siue antro potius succedimus. nam ultima positione fit lōga. Nam & quam natura breues syllabæ sunt. ¶ Aduerbiū euentus. forte cōstat tro chæo. ut forte fuit iuxta Tumulus. ¶ Aduerbia quātitatis parū nimiū omnibus breuibus cōstant. ut Lucanus in quinto. Quid satis est si Ro/ma parum? & uergilius esse sinente nimium uobis romana propago. Itē minus & satis & amplius oībus breuibus cōstant. ut sit satis Aeneidæ, ēt minus atq; minus: & neq; me indecorem germana uidebis amplius.

¶ Aduerbia qualitatis siue quātitatis plæraq; gradus recipiūt. pſertim si a nomine ueniāt. Nam ppauca sunt aduerbia quæ ab se orta gradus reci piant: & quoniam quæ ex aliis partibus orationis deriuantur aduerbia in numerabilia sunt: merito omnia comprehendi non possunt: tamē horū aduerbiorū regulariter de postremis syllabis disputabimus. Absolutus gradus quem alii positiuum uocant: in aduerbio sex litteris terminatur. uocalibus tribus. ut sæpe bene o semp pducta uocali. ut raro falso. ut fal/so queritur de natura. u. semp pducta. ut anceps pugna diu. Consonan/tibus autem tribus explicat' m lr̄a correpta. ut illa leuem fugiēs partim se cat æthera pennis. & tractimq; susurrant. r. littera correpta. ut lacerum cru deliter ora. s. littera correpta. ut nec fūditus omnes. Aduerbia e littera ter minata absoluto gradu: plæraq; lōga syllaba finiuntur. ut ante omnes stu pet ipse Dares longeq; recusat: & si non alium late iactaret odorem. non sine ratione Vergilius eandem pductam in a litteram correptam uertit. ut & pede terrā crebra ferit. Pauca breuē habēt rite bene & īpune & sæpe. ut carpebat somnos rebus iam rite paratis. & bene apud memores ueteris stat. & sæpe fugā Danai. & sæpe alterius ramos impune uidemus uertere in alterius: media uero longa est. aduerbia o littera terminata semper lon gam habent. ut scipiades cladem libyæ paruoq; potentem Fabriciū. quā/uis & nomen esse possit absolute positū. cætera autem quæ consonātibus finiuntur aduerbia: supradicto gradu breues semper ultimas syllabas re/cipiunt. quoq; iam exempla supradicta sunt. Cōparatiuus gradus in om/nibus aduerbiis qui semp ius litteris terminatur & explicatur semper bre ui syllaba finitur. ut mollius & solito. Postremā enim syllabam in omni/bus aduerbiis: consonanti littera finita breuem esse oportet. penultima quoq; syllaba comparatiui siue superlatiui gradus: aduerbiorū. ut in om/nibus gradibus breuis semper inuenitur. ut Atq; ubi iam breuiorq; dies & mollior æstas. & maximus agricolis pelagoq; parabitur imber. Superla tiuus gradus aduerbiorum qui uniformi syllaba terminatur e litterā po/

Magis
Nam Quā
Forte
Parū nimiū
Minus Satis
Amplius
Gradus ab/solutus q & positiuus.
Raro Falso
Diu Partim
Tractim
Crudeliter.
Funditus
Longe
Late
Crebra
Rite Bene
Sæpe
Impune
Paruo

stremam semper lõgam recipit. eadẽ enim syllaba in nomine superlatiui gradus uocatiuo casu breuis est. ut optime graiugenũ & maxime Teucrorũ ductor. ergo in aduerbiis necessario me syllaba ad discretionẽ partium producit: De aduerbiis ꝓmiscuis plenissime disputãdum est ex auctoritate collectis. uero cõstat spondio. ut si uero uiciamq; feres. Sero aduerbiũ constat spondio. at si nomen fuerit constabit iambo. ut pasce sero pingui. Tamẽ constat pyrrichio. ut Nos tamen hæc. Alibi cõstat anapæsto. ut arborei fœtus alibi. Interea siue præterea cõstat choriambo. ut interea mediũ Aeneas. & ꝑterea genus haud unum. penitus cõstat tribracho. funditus constat dactylo. nihil pro non positum constat pyrrichio. ut nihil mea carmina curas. Dum & cũ aduerbia breues syllabas habent. Sed sine positione poni nõ possunt. Satius cõstat tribracho. ut nõne fuit satius. Pridem cõstat trochæo. ut iam pridem resides populos. Quoties uel Toties constat anapæsto. ut Quoties oculos cõiecit in hostem: & Quid natũ toties. Certe cõstat trochæo. ut certe siue mihi phyllis. paulatim constat palimbacchio. ut Paulatim & sulcis frumẽti q̃reret herbam.

Optime | Vero Sero | Tñ Alibi | Interea | Penitus | Fũdit9 nihil | Dum Cum | Satius | Pridem | Quoties | Toties certe | Paulatim

¶ Modo aduerbium constat pyrrichio. ut tu modo nascenti puero. at si nomen fuerit iambo. Sane quoniam aduerbia omnia quæ partim ex se oriunt: partim ex aliis deducunt: comprehendi non possunt: merito sigillatim nõ existimo ꝓsequẽda. sed tamen de postremis syllabis breuiter dicã. aduerbia A lr̃a finita quæ pro e lr̃a ponit breuẽ habent ut trãsuersa tuẽtibus hircis. at si ex se oriunt lõgã habebunt. ut contra iussa mouent.

Modo | Transuersa. | Contra

¶ E. littera finitum aduerbium (ut supradictum est) sæpissime longam recipit: interdum breuem. ut rite. I. littera finita aduerbia semper breuem habent. m. littera similiter correpta finiunt.

¶ O. lr̃a ꝓducta in gradibus sane finiunt. ut hic uero uictus genitor. alibi eni & breuis inuenit. Tu modo quos in spẽ statues summittere gẽtis.

¶ R. littera finita aduerbia semper breuem habẽt. ut semper equos: atq; Arma uirum. & lacerum crudeliter. ora. S. littera finita aduerbia semper breuem recipiunt. Vt quæ totam luctu cõcussit funditus urbem. & mollius & solito. u. littera finita aduerbia semper longam recipiunt: ut nãq; diu luctans lentoq; in stirpe moratus. omnium autem præcedentiũ syllabarum naturas: magistra docebit auctoritas.

¶ Copulatiuæ coniunctiones & que. ac. breuibus syllabis constant. ut fortuna omnipoteris & ineluctabile fatum. Item iamq; cateruatim.

Et Que

¶ Disiunctiuæ coniunctiones ne. nec. neq; uel sed. omnes correptas syllabas habent. Ne cõiunctio eo aduerbio discrepat q̃ hæc corripiatur: & aduerbiũ producat. ut ne mihi tũ molles. Cõiũctiones exẽplũ ut cõiunx

Ne

ne creusa

ne exeusa. A ut cōiūctio. Quoniā diphthongo ualet lōga est: ut Nūc manet infontem grauis exitus: aut ego ueri. Explectiuæ cōiunctiones quidē, equidē quoq; tamē nempe. q dem duabus breuibus cōstāt. ut ista quidē quia nota mihi. eqdē tribus breuibus cōstat ut protendens equidem merui. quoq; duabus breuibus cōstat. Vt tu quoq; littoribus nostris. Tamē duas breues habet. ut haud tamē audaci. Nēpe coniunctio trochæo concludit: ut quippe. ut Quippe uetor fatis certe spōdeo. ut certe siue mihi phyllis. Causales coniunctiones. igit constat tribracho. Vt iliacas igitur classes. Si cōiunctio pducitur. ut Si quibus eiectus syluis. Etiā coniūctio tres breues habet. ut hic etiā inuentū. Siquidē coniunctio cōstat dactylo. Quandoquidem ex longa & tribus breuibus cōstat. ut Quādoquidem ausonios. Quādo coniunctio & breuem & longam nouissimam potest recipere secūdum naturā postremæ uocalis. longa est in hoc. meq; timoris argue tu Drance quādo tot stragis aceruos. est enim coniūctio causalis. hoc est quādoquidē: nō aduerbium tēporis. cæterum dum cōponitur breuis est. Quin coniunctio natura longa syllaba est. ut Quin ego non alio digner te funere palla. Sin syllaba longa est. ut Sin has ne possim naturæ accedere partes. Seu syllaba longa est. ut Seu uos hesperiā magnā. Siue constant trochæo: ut Siue sub incertas zephyris motātibus umbras. Nāq; ex longa & breui cōstat. ut nāq; sub œbaliæ. Ni coniunctio longa est. ut Ni fuga subsidio. Nisi coniunctio duas breues habet. ut & nisi me qua. &c. Sed breuis est. ut ipsa acie nondum falcis tentanda sed uncis. Rationales coniunctiones. præsertim coniunctio primam syllabā diphthongo longam habet: nouissimam breuem. ut Præsertim certis si mensibus. Enī duabus breuibus cōstat. ut etenī mollibus. Quia cōiūctio constat pyrrichio: ut Nam quia nec fato merita: nec morte peribat: Quippe primam naturaliter longā: & postremā breuē habet. ut quippe solo natura subest. Quoniā coniūctio breui constat: ut nunc uidi tristis: quoniam fors oia uersat. Quoniā quidē oēs breues habet. Ergo coniūctio postremam syllabam longam sine dubio habet. in hoc psertim uersu. Quæ regio Anchisen. quis habet locus: illi ergo. quamuis adiaphoros est cum in fine sit uersus: cuius nunquā natura requirit: tamen longa esse debet: significat enim illius causa uenimus. hæc sane sola coniunctio: cōtra rationem latinitatis ultimā syllabam circūflectit. at si alio intellectu conlocata erit in synalipham frequentius apud Vergilium cadit. ut ergo ubi delapsæ sonitu & ergo age care pater. uerumtamen in simplici intellectu repetitæ rei: sine dubio longa posita est. in hoc uersu. ergo non hyemes illam. Ideoconiunctio constat anapæsto. ut atq; ideo Tauros procul.

Aut
Quidem
Equidem
Quoq;
Tn̄ Nempe
Quippe.
Igitur
Si Etiam
Siquidem
Quādoqdē
Quando
Quin
Sin
Seu
Siue
Nāq; Ni
Nisi
Sed
Præsertim
Enim Quia
Quippe
Quoniam
Ergo
Ergo circūflectitur
Ideo

Scilicet
Propterea
Quare
Quid
Præpositiones loqlares
Præpositiones casuales
Am Re
Se
Di
Dis
Con In
Præpositiones accusatiuæ
Ad
Apud
Ante
Citra
Cis
Contra
Erga Intra
Infra
Iuxta Ob
Per Penes
Prope
Propter
Sup Subt

Scilicet cõiũctio cõstat dactylo:ut scilicet his superis labor est. Propterea cõstat choriambo. Quare constat trochæo. ut quare age: Quid semp breuis est. ut neqd inexptũ frustra. Præpositiones duobus generibus cõstãt: etenim aliæ sunt loquelares: quæ ornandi sensus aut augẽdi uel minuẽdi grã: cæteris partibus præponunť. aliæ autem casuales uocanť: quod casibus seruiant. loquelares sunt An. con. re. se. di. dis. an ꝑposita breuis est: sed semper positione longa fit. ut obuius ambustum. & quæ raptus fluminis ambit. Re præpositio semper breuis est in quibuscũq; partibus orationis fuerit. in nomine. ut his primam ante aciẽ digna atq; in digna relatu. In uerbo. ut colla armosq; labant gemitu nemus omne remugit. ¶ Participio ut nũc rapidos retro atq; estu reuoluta resoluẽs. Se præpositio semp longa est: ut & cũ frigida mors anima seduxerit artus. Di præpositio semper longa est. ut Tum uero in curas animũ diducit omnes. Dis ꝑpositio breuem syllabam habet. sed eam positione lõgã fieri oportet. ut disiecitq; rates. & discissos nudis laniabãt. non fere enĩ in uocalem cadit. Con & In ꝑpositiones loquelares cũ fuerint: ita ut p cõposionem loquelis inhæreãt: ambæ unius naturæ sunt. hoc genere si. in. f. uel. s. lr̃as consonantes ceciderint naturaliter ꝑducunť. ut inferetq; deos latio. & insignem pietate uirum. Itẽ considunt tectis. & Nunc uulnus acerbũ cõficit. At si a cæteris consonantibus excipiunť positione longa fient nec produci in præpositione possunt sine uitio barbarismi. in uerbo cũ casualis fuerit breuis est: si a uocali excipiatur. Præpositiones accusatiui casus. Ad ꝑpositio semp breuis est siue loqlis: siue casibus seruiat. ut Lumenidũ aspicies ripã ue iniustꝰ: adibis & Iuppiter oĩpotẽs si nõ exosꝰ ad unũ. Apud præpositio duabus breuibus constat. ut Qualis apud gelidi cum flu. ultĩa sane positõe lõga fit. Ante naturaliť duabus breuibus cõstat sed prior positione longa fit. ut Ante sinistra caua monuisset. Citra præpositio postremã lõgam habet. Cis præpositio breuem syllabã recipit. Circa postremam syllabã longam recipit. ut corpora multa uirũ circa seniorq;. Cõtra etiã eadẽ ultima syllaba lõga claudiť. ut cõtra nulla est oleis cultura. Erga ꝑpositio superiori similis est. Intra eidem quoq; similis ut iamq; intra iactũ. hoc ergo nobis obseruandũ est: ut oẽs ꝑpositiones a lr̃a finitas scias ultimas syllabas lõgas. habere. Inter postremã breuẽ recipit. ut inter odoratũ lauri nemus. Infra ultimã lõgã habet: ut supra memoraui. Iuxta eadẽ supiori cõgrui: ut iuxtaq; Creusam. Ob. breuis ẽ. ut neqs obiceptũ. Per eadẽ quoq; breuis ẽ: ut adq; p ãbages Penes duabus breuibus cõstat. Prope duas breues habet. Propter ultĩa breuis est. ut pp aqriuum. Sup cõstat duabꝰ breuibus. ut aut sup idaliũ. Subter ultima breui finiť.

Præter trochæo

Præter trochæo constat. Pone trochæo constat. nam accētu solo a uerbo discernitur: quoniā interdū in aduerbiū cadit. ut Pone subit cōiunx. Secūdū primā syllabā & nouissimā breues habet. ut saltibus in uacuis pascunt & plena secundum. Vltra ꝓpositio ultimā lōgā habet. ut dixi. Vsq; ultimam breuem recipit. ut usq; sub extremū brumæ ītractabilis hymbrem. — Præter / Pone / Secūdum / Vltra / Vsq;

De præpositionibus ablatiui casus.

AB præpositio semper breuis est. ut nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis. A. siue. E: præpositiones semper longæ sunt. siue separatim seu adherentes: præpositioni præponantur. separatim cum casibus seruiunt: ut hic tātum in tenebris conuersum a lumine. & At genus e siluis cyclopum & montibus altis. A. loquelis adherens. ut amouet & fidū capiti subduxerat. absq; postremā syllabā breuē habet. quēadmodū usq;. Corā constat trochæo. ut corā quemqueritis adsum. clam syllaba breuis est. De semp lōga est siue loquelaris. siue casualis sit. loquelaris deducūt socii naues. Casualis. ut At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt. Ex præpositio breuis est. per naturam: sed positione lōga fit. Pro præpositio cum casualis fuerit. semper producitur. ut nobis ad belli auxiliū pro nomine tanto. At cum loquelaris fuerit: uarie ponitur. alibi enim longa: alibi breuis iuenitur. Est operæprecium edocere quando breuis debeat: quādo longa constitui. si hanc præcedentē syllabā secuta fuerit altera syllaba: necessario prior corripitur. ut in Lucretio. omnia ueridico qui quōdā ex ore profudit. At cū positione syllaba lōga fuerit consecuta frequēter producitur in uerbis siue participiis. ut procurrūt laurentum hinc densi rursus inūdant. alibi autem breuis: alibi longa est. In nominibus breuis est in hoc. ut ni faciat maria ac terras cœlūq; profundum. lōga in ultimo uerbo: breuis ponitur. in his sane uarietatibus. q̄ maxime auctoritas quærenda est. Præ sine dubio lōga est quod diphthongum habeat. Palam cōstat duabus breuibus. ut luce palam. Sine duas breues habet. ut nā sine ui non ulla dabit respōsa. Tenus præpositio quæ ablatiuo & īterdū genitiuo casui pulchre iungitur. ut est crurū tenus: duabus breuibus constat. Sub ꝓpositio semp breuē syllabā habet. ut hasta sub exertam donec perlata papillam. — Ab / A E / Absq; / Coram / Clam / De / Ex / Pro / Præ / Palam / Tenus / Sub

De Interiectione.

INteriectiones quæ adfectum animi uario motu designant (Interdū enim gaudium aliquando dolorem mentis ostendunt) Quoniam multæ sunt. ex his paucas ostendam: Interiectio cōposita syllabis tribus hahahe. longas recipit uerum in Comico carmine sola collocari potest: leni scilicet & humili uel iucūdo. In lyrico autem quanuis & ipsum lene sit. quod non possit tumidioribus cothurnatisq; uerbis ornari: nunquā — Interiectiones. / Hahahe / Comicū carmen humile & lene.

Lyricum carmen lene. Heroicũ carmen quale. Tragici uersus esse tumidi debent. Va Vaha Heu Eheu Papæ Eia

tamen hæc interiectio apud Horatium reperitur: quanto magis ut heroico tragicoq; carmini necessaria habeatur: fortia tumidaq; uerba quæręti. Item uah. siue uaha ex breui & longa cõstat: sed huius uis interiectionis superiori congruit. Heu siue Eheu interiectiones. ꝓductas syllabas habent. ut heu quæ nunc tellus inquit. & eheu q̃ pingui macer est. Sed hæc omni genere poetarum aptari potest. etiam liberæ a numeris orationi quã maxime historicæ. ut Sallust. in bello Iugurthino. heu me miserum: heu me infelicem. Item interiectio admirationis papæ duabus longis cõstat. prima per unam productam uocalem: postrema per diphthongum. sed & hæc lenioribus apta uidetur esse carminibus. Item hortationis interiectio eia constat trochæo. & quia Vergilius ultimam sciebat esse breuẽ: ubiq; ei uocalem subiecit. ut eia age rumpe moras. & hostis adest Eia. potest tamen in necessitate pro longa poni. Nefas cum fuerit interiectio: eandem naturam: quam habet in nomine: reseruabit: constat autem ex breui & longa. ut Bactra uehit sequiturq; (nefas) ægyptia coniux. Cum aliæ uero interiectiones inciderunt. auctoritatis fide poterunt referari.

Nefas interiectio.

De positionis syllabarum.

Positionis ratio

Positionis ratio decem modis comprehẽditur. in his. n. syllabis quæ cum breues natura sunt: tamen eas necessario fieri longas oportet: sæpe tamen inuenitur positio in syllabis natura longis. sed si naturaliter producuntur positionem superfluam habebunt. illic enim est quærenda positio: ubi longitudo naturæ defecerit ut quot natum non fuerit: excludatur. Nam quemadmodum uocales naturæ deseruiunt: ita positioni consonantes. ¶ Primus modus positionis est. si correpta uocalis desinat in consonantem: & excipiatur ab altera consonanti. ut arma uirumq; ferens. Desinat autem uocalis cum in se hoc est in consonantem suæ syllabæ ceciderit: excipitur cum in consonantẽ consequentis syllabæ transierit. ¶ Secundus modus est. si correpta uocalis desinat in duas consonantes. ut est in carpathio neptuni. g. u.

Vocales naturæ deseruiunt.

Consonantes positioni deseruiunt.

¶ Tertius modus est: cũ correpta uocalis excipit̃ a duabus cõsonãtibus ut A crisiõeis Danae fũdasse colonis. ¶ Quartus modus est cũ correpta uocalis desinit in duplicẽ lr̃am. x. ut nox erat. ¶ Quintus modus est cũ excipitur a duplici: ut axem humero torquet. hanc rõnem & in. z. obseruabis. siue enim in eã uocalis desinit: siue ab ea excipiat̃ (quoniam duplex est) facit positione lõgã. & sane in hac est aliqd obscurũ. quod in latino nõ est. qa illa diducũt cui syllabæ inhæreãt hæc aũt ita duplicẽ efficit sonũ. ut cui accõmodata sit ignoret̃. ut Mezenti ducis exuuias. ergo illi errare noscunt̃ q̃ hãc dupliciter scribũt. Sextus modus est cum correpta

Z

Z duplicari non potest.

uocalis desinit

uocalis desinit in cõsonantẽ: & excipit a uocali uice posita consonantis. ut Nec ueni ni fata locũ sedẽq; dedissent. Septimus modus est. cũ correpta uocalis desinit in unã cõsonãtẽ: in qua pars orationis finit. queadmodum fert opinio multorũ. ut oia uincit amor. ut tibi pãpineo grauidus autũno. Octauus modus est cũ correpta uocalis finẽ uerbo fecerit. ut horresco referẽs: & liminaq; laurũsq;. q tñ syllabæ cõmunibus syllabis possunt inseri. Nonus modus est cũ uocalẽ breuẽ secuta fuerit i lr̃a uice posita cõsonantis. ut Harpyiæq; colunt. non imerito fit positione lõga py syllaba: nisi qa (ut supra diximus). i. lr̃a cũ fuerit in medio uocaliũ: ita ut consonans sit: duplicem sonũ reddit. Decimus modus est: si post uocalẽ subiecta sit cõsonanti uocalis: uel. u. & correptã uocalem habeat consequentẽ. ut Parietibus textũ cæcis. In hoc uersu quoniã prima ps orõnis. correptã habet hoc genere positionis primã syllabã lõgam efficimus. secũdã nãq; syllabam resecamus. per mediũ & precedentem consonantem primæ syllabæ conglutinamus. uocalem autem ad tertiam reuocamus: & loco consonantis defigimus. Hic sane modus positionis: apud Vergilium nõ in superiori exẽplo tãtũ: sed in multis uersibus iuenit. ut Arietat ĩ portas. & Trãstra p & remos & pictas abiete puppes. Itẽ genua labant uastos quatit æger hanelitus artus. & tenuis ubi argillæ dumosis calculus aruis.

Harpyia

Parietibus

De communibus syllabis per naturam.

Communes syllabæ naturales duobus modis incurrunt: aut in singulis uocalibus: aut duabus cõiunctis: quas græci dipthongos uocant. Communis syllaba per singulas uocales sic intelligitur: si producta uocalis excipiat a uocali correpta. est enim longa in hoc uersu. Glaucoq; & Panopeæ & Inoo melicertæ in ista autem breues. eadem pductæ. ut te Corydon o Alexi. Communis syllaba per diphthongum sic intellegi potest. si geminæ uocales a uocali excipiant. etenim in hoc longa est. ulla moram fecere neq; Aoniæ Aganippe. In isto autẽ breuis est. Insulæ Ionio in magno. Sed tamen contemplanda est poetæ nostri diligentia. Superiore etenim uersu recte longam posuit: quia consequens uocalis breuis est. In isto autem: læ syllabam breuem posuit: quoniam eadem syllaba producta a longa uocali excipitur. ergo recte consequentis longitudo naturam prioris oppressit.

Syllabæ natura cões.
Diphthongus quid
Vergilii locus
Vlla morã fecere neq; aoniæ aganippæ.

De cõmunibus syllabis positionum.

Syllaba desinens in uocalem breuem: si excipiatur a duabus consonantibus: ita tamen si præcessit liquidam muta est cõmunis Namq; lõga in hoc. Immemores sotii uasto cyclopis in antro. hæc eadẽ breuis est alibi. Lustra domosq; traho uastosq; ab rupe cyclopas. & in aliis noibus

Syllabæ positione cões.
Cyclops

deficit rō positiōis. hoc ordine cōsonātiū. ut Phœbe grauis troiæ. At si liqda puenerit mutā obtinebit uim suā positio. pñt ēt uideri cōes eæ syllabæ: quæ. c. lr̄a terminant̄. hic uel hoc quaꝶ de natura disputatū ē. hæ eñi syllabæ apud Vergiliū & lōgæ & breues ponunt̄. si a uocali excipiantur lōgæ sunt in his uersibus. pro iuppiter ibit hic ait. & hoc illud germana fuit. alibi autē breuis, ut hic uir hic est tibi quē ꝓmitti sæpius audis. hæc tamē ratio in ꝓnoibus tm̄: nō etiā in cōiunctiōibus inuenit̄: Nā nec cōiunctio cōis esse nō poterit quia in ꝓnomine solo. c. lr̄a reddit duplicem sonū: in cōiunctione simplicē. merito ergo breuis est. Scire autē oportet ꝓnomen hic apud Vergilium duobus tm̄ locis ꝑ breui esse positum. nā ubiqꝫ longa syllaba est. non solū apud Vergilium sed etiam apud alios.

Hic Hoc

Hic ꝓnomē pro breui Verg. ī qbus

De productione uel correptione syllabarum.

SVnt aliquę syllabæ apud Vergiliū: q̄ necessitate metrica: cum uitio barbarismi. q apud poetas metaplasmus apellatur. contra rationem corripiunt̄. Sūt aliq̄ q̄ cū breues sint: necessario ꝓducunt̄. corripiūt̄ ī his. Matri lōga decē tulerūt fastidia mēses. Itē illius arma. & ipsius añ oculos. mediā syllabā ꝓnoiuꝫ cū sit lōga corripuit. Itē obstupui steterūtqꝫ comæ. ste syllabā lōgā in uerbo corripuit. Itē egerimus nosti & nimium meminisse necessarie ē. ri syllabā longā corripuit. Itē urbēqꝫ fidenā corripuit fi syllabā cū sit lōga hoc loco breuis ē. Itē cū subito assurgēs fluctu nimbosus orion. O syllabā corripuit: q̄ alibi lōga est. ut Armatūqꝫ auro circunspicit oriona. Dein de breuibus dicā: q̄ ꝑ lōgis sunt positæ. Italiā fato ꝓfugus. primā syllabā cū sit breuis lōgā posuit q̄uis caput pedis faciat alibi eñi breuis ē. ut Antiqua cedro italusqꝫ paterqꝫ sabinus. Itē exercet Diana choros. Di syllabā ꝓduxit quæ lōga est. alibi eā breuē posuit. ut Tergemi namqꝫ hecaten: tria uirginis ora dianæ. etiā positiōe lōgas de breuibus facit. ut Relliquias Troiæ & religione sacræ. l. lr̄am consonantē cōtra rationē geminauit. Iō hæc ītelligenda eē arbitror. ut caueri possint. Vergilius enim ꝓpter operis magnitudinē & auctoritatē sui: qua multū ualet: non sine necessitate metrica naturā syllabarū conuertit: diuerso genere. Sunt pꝛ̄terea syllabæ quæ in una specie positæ cū intellectu mutant̄: ita ut nūc ꝓduci: nūc corripi possint. ut est sinus: sinū enim cū ꝑ gremio uel recessu positum ītellexerimus: prima syllaba breuis erit. ut hinc sinus herculei & ipse sinu præ se portat: cū ꝑ uase sinum intellexerimus dictum primam syllabam ꝓducamus. ut sinum lactis & hæc tibi liba priape quotannis. Item malum pro pomo & arbore mali: & malas pro genis accipimus prima syllaba longa erit. ut malo me galathea petit lasciua puella: & Aduersaqꝫ infigit̄ arbore mali: & Tu quoqꝫ flauentem prima lanugine malas: at si pro

contra p̄scriptam syllabarū. rōnē suo iure usus est. barbarismus Metaplasmus. Tulerunt. Illius Ipsius. Steterunt Egerimus Fidena Orion. Italia Italus Diana Relligio Relliquiæ

Sinus Sinū Mala poma Malum pernicies. Malus arbor Malæ genæ.

malas: at si pro pernicie uel labore dictum fuerit breuis erit: ut quae prima malorum causa fuit, & Adsuetumque malo ligurem. Alia cum itellegerimus nomen esse primam syllabam longam esse existimamus: ut Alia serpillumque herbas cotundit olentes. Cum uero pronomen est breuis erit. ut perque niues alium perque horrida castra secuta est. uobis cum a nomine & scriptura & accentu discernitur. Item notus cum pro cognito ponitur: ut sit participium primam syllabam longam habebit. ut nota tibi. At cum pro euro intelligitur: breuis erit. ut tendunt uela noti. Item plaga cum pro uerbere posita fuerit primam syllabam longam habebit. ut dant animos plagae. cum uero pro zona coeli. i. circulo breuem. ut & siquem extenta plagarum. Item arbos in omnibus casibus bo syllabam breuem habet. & p. b. litteram scribitur. ut arboris aut ullae & aduersique infigitur arbore mali: & arboribus positis. si autem ab aruo feceris genitiuum. pluralis uo syllaba longa erit. & per. u. litteram scribenda est. ut hactenus aruorum cultus. Sunt alia nomina: quae in uno intellectu per casus syllabae naturam uertunt. ut propago in nominatiuo prima syllaba breuis est. ut esse sinent nimium uobis romana propago. At in ablatiuo longa est. ut melius propagine uites respondent.

¶ In uerbis quoque similiter eadem syllaba: cum tempore imutatur. ut est moueo tempore presenti & futuro prima syllaba corripitur. ut Hinc mouet Euphrates. & longius & uolues fatorum arcana mouebo: tempore preterito producitur. ut Venit amor subitaque animum dulcedine mouit. In participiis quoque presens tempus breuem habet. ut bella mouens immittit equos. praeteritum tempus longam habet. quemadmodum nomen unde oritur. ut stagna refusa uadis grauiter commotus. & hi motus animorum. futuri uero temporis participium a uerbo dissentit. nam longam recipit. ut Lucanus Temptandasque rates moturi militis iras. Item fugio tale est: primam enim syllabam praesenti tempore & futuro corripit. ut quo fugis aeneas. & uox quoque moerim iam fugit ipsa. praeterito producit ut Qualis ubi abruptis fugit. p. s. & subitoque omnis de corpore fugit. in utroque tempore participiorum. ut in nomine semper breuis est. ut dimitte fugam. & illae simul fugiens: in omnibus ergo modis & temporibus haec diuersa syllabarum natura seruanda est. Item uerbum uideo syllabam primam tempore praesenti ubique corripit. ut multa uides. & post aliquot mea regna uides. praeterito perfecto & plusquamperfecto producit. ut uidit ab aduerso uenientis. & Lucanus uiderat immensam. tempore futuro breuis est. modis omnibus. ut laurentis ne iterum muros aut castra uidebo. Infinito modo tempore praesenti & participio eius temporis prima corripitur. ut Iuuat arua uidere & cui uates horrere uidens. Tempore preterito infiniti modi producitur. ut nec uidisse semel Futuro tempore siue infiniti modi: siue participiorum producitur. ut si uisurus eum uiuo & casus abies uisura marinos. Item participium nitens si a neutrali uer-

Marginal notes: itelligerimus. Alia Alia Vobis Notus Intellegitur Plaga Arbor Arborum Aruorum Propago Moueo Mouebo Mouit Mouens Motus Moturus Fugit Fuga Fugiens Videt Vidi

bo uenerit.quod est niteo primā syllabā corripit.ut altera cādenti pfecta
...s ...or pas- nitēs elephāto.si a passiuo uerbo uenerit quod est nitor queadmodū in
...um. uerbo pducit.ut ipressoq; genu nitens terræ.Passiua ergo significatione
in uerbis & in participiis oibus eadē syllaba semp. pducit.In nominib9
quoq; ppriis & appellatiuis eadē est appellatio.ut Stat grauis Entellus
Nisus. nisuq; imotus eodē. pprio.ut nisus ait.Itē uerbo uenio tēpore psenti &
Venio futuro primā syllabā corripit.ut Pelagi ne uenis erroribus actus.Etiā ue-
nit æstas Torrida & tetrā hesperiā uenies.Tēpore pterito impfecto in oi-
Veni bus uerbis eadē illa syllaba:ut in psenti fuerit inuenit.ut redditaq; Eury
dice superas ueniebat ad auras.Præterito pfecto & plusqpfecto pducit
ut uenisti tandē.& uenerat antiqs.Itē uerbū cogo supioribus uerbis di-
Cogo, uersū est.Nā tēpore psenti & futuro primam syllabam pducit.ut cogit
Coegi hiems & cogit inq; sinus:pterito autē tēpore eandē corripit.ut Lucanus
ad mortem Sylla felicior ire coegit & cornuq; coacto.Harum sane uarie
tatum rationes exempla quoniam legenti atq; discenti occurrere facilius
possunt:pauca de multis ostendimus.illud sane nobis plenius est obser-
uandum.ut orthographia nunquam nostros oculos.sensusq; deludat.

De Metaplasmis.

Quanuis supradixerimus poetis esse licentiā metaplasmoꝝ:ratio
nibus naturas siue litteras inuertere syllabarū:tamē supfluū esse
nō iudico de ipsis metaplasmis(q necessarii huic arti ualde sūt)
disputare sine quibus exitus faciles cum in artem uenerint poeticam in-
ueniri non possunt.

Prothesis. Prothesis ē metaplasm9 uerbi pricipio adiiciēs lrām syllabā ue.lrām.
Rura gnate ut gnatiq; patrisq;.si eni.n.litterā consonantē breuis syllaba pcedat:uer-
colis bi supioris quæ uocali correpta terminet accedente.g.lra positione po-
Seferens terit lōga fieri:licet mutā liqda consequat: quæ semp cōmunem syllabā
Tetulissem, facit.ut si facias:rura gnate colis.aliqn syllabā adiicit non tā sensus cā q
Parēthesis metri.ut cornuq; recuruo.& aut altis seferens.& nunq tetulissem pedē.

Indugredi Parenthesis est quādo inserit medietati syllaba lra.ue littera ut hac ca
Mauors sti maneāt in relligione nepotes.Syllaba ut Lucretius idugredi sceleris:
Nauita qd cōtra sæpius illa.idugredi enī dixit p ingredi.Interdū diducta syllaba
Prospara- imissæ littere syllabā adiiciunt.ut mauortis in antrū & Nauita tū stellis.

lempsis. Prosparalempsis est cum ultimæ syllabæ superflua syllaba adiicit.ut
Accingier magicas inuitam accingier artes

Apheresis Apheresis est metaplasmus cum principio uerbi syllaba subtrahit.ut
Conex pro & non temnere diuos.pro contemnere & in nominibus inuenitur.ut
ciconiis. Plautus dixit a Prænestinis coneas pro ciconeas appellari.

Syncope

Syncope est medio syllabā subtrahens uerbo. ut extinxti. & uixet cui uitam deus. Syncope.

Apocope est interdum aliquid ultimæ parti auferens: ut Namq; suā do. hoc est suam domum. ut Lucretius in primo. Nam fierent iuuenes subito ex infantibus paruis. sic enim uersus scandi potest aliquando imminuens. ut Vergilius aspice num mage: mage pro magis. Apocope Do Mage

Ectasis est cum per licentiam breuis pducit. ut exercet Diana choros. Ectasis

Systole est econtrario quando syllaba longa corripitur. ut Aquosus orion cum prima produci debeat corripitur. Systole.

Dieresis est siue dizeuxis cum in duas syllabas una diducitur. ut diues pictai uestis & auri. quam declinationem Vergilius quattuor locis tantum posuit in æneidis. Aulai in medio. atq; aurai simplicis ignem & furit intus aquai. & diues pictai uestis & auri. Dieresis. Aulai aurai Pictai Aquai

Episynaliphe est una syllaba ex duabus facta: ut fixerit æripidem pro aeripedem tetrasyllabon ex pentasyllabo fecit. Episynaliphe

Synaliphe est cum inter duo uerba in concursu duarum uocalium nulla intercedente consonante: unius fit uocalis elisio. ut atq; ea diuersa penitus. fiunt autem synaliphæ his modis. interdum enim breuis in breuem cadit. ut obsedere alii telis angusta uiarum. interdum breuis in longam. ut Tænarias etiam fauces alta ostia ditis. interdum longa in breuē. ut oppositasq; euicit gurgite moles. interdum diphthongus in simplicē longam. ut dardanidæ e muris. aliquando breuis in diphthongum. ut arua neq; ausoniæ semper. interdum diphthongus in diphthongum. operæ precium est scire dactylicum uersum synaliphas ubiq; posse recipere. interdum sane uocales inter se concurrentes synalipham fieri uetant: & si uersus impleri nequiuerit nulla eliditur. Vt succus pecori: & lac subducitur agnis. Synaliphe quot & quibus modis fiat.

Ectlipsis est: cum inter se aspere concurrentium syllabarum intercedente sola. m. littera consonante: & uocalem & consonantem quam diximus elidi necesse est. Vt multum ille & terris &c.

Antithesis est litteræ pro littera immutatio. ut Impete nunc uasto ceu concitus hymbribus amnis.

Metathesis est litterarum ordo immutatus. ut Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Finis Artium Probi.

PROBI GRAMMATICI CATHOLICA.

Declinationes nominū Cōiugationes uerborū. QVONIAM Instituta artium sufficienter tractauimus. Nunc de catholicis nominū uerborūq; rationibus doceamus. Quidā sic esse declinationes nominum numero quinq; uoluerunt. sicut uerborum coniugationes tres. & omnium declinationem ex genitiuo casu numeri singularis posse cognosci.

Declinatio prima. Et primæ quidē declinationis genitiuum singularem. æ. diphthongo terminant: generis masculini & fœminini: ut hic poeta huius poetæ: hæc musa huius musæ. Nam prima declinatio neutrum nomen nō habet. idest. æ. diphthongo genitiuus singularis terminatus generis neutri non inuenitur. exceptis quibusdam generis omnis. hic & hæc & hoc uerna: hic & hæc & hoc aduena. dicimus enim uerna puer. uerna puella. uerna mancipium. Lectum est & unum hac declinatione nomen generis neutri apud Sallust. & dextrum flumē Thuriæ: huius Thuriæ. Nam. E. sola siue correpta siue producta nullius generis casus genitiuus reperitur terminatus nisi antique: ut Vergilius. libra die somniq; pares: ubi fecerit horas. & Sallu. dubitauit acie pars.

Verna aduena triū generum.

Thuria. flumen

Die casu genitiuo.

Acie casu genitiuo.

Declinatio secunda

Secundæ declinationis genitiuus singularis. i. littera terminatur. in omni genere. ut hic Plautus huius Plauti. hæc fraxinus huius fraxini. hoc bellum huius belli.

Declinatio tertia

Tertiæ declinationis genitiuꝰ singularis is syllaba terminatᵘ. in omni genere. hic orator huius oratoris. hæc uirgo huius uirginis. hoc carmē huius carminis.

Declinatio quarta

Quarta declinatio genitiuū singularem us syllaba terminat ī genere masculino & fœminino: ut hic fluctus huius fluctus: hæc manus huius manus. Nam generis neutri genitiuus singularis quartæ declinationis. u. producta terminatur. ut hoc cornu huius cornu. Quoniam genitiuus singularis us syllaba terminatus in genere neutro nunquam reperitur.

Cornu

Declinatio quinta

Quintæ declinationis genitiuus singularis ei separatis terminatur: & regit genus tantūmodo fœmininum. ut hæc species huius speciei. excepto uno cōmuni duū generū. masculini & fœminini hic & hæc dies huiꝰ diei. E. aūt: q̄ ante. i. est in genitiuo & ꝓducitᵘ: & corripitᵘ. tūc ꝓducitᵘ cū nominatiuus singularis es pura ꝓducta syllaba terminatᵘ. ut hæc series huius seriei: tūc corripitᵘ cum es syllaba habet ante se aliquam consonantem pariter copulatam. ut fides fidei. res rei. spes spei.

Seriei

Fidei

Datiuus singularis primæ declina

Prima declinatio datiuū singularem similem genitiuo faciat necesse est. æ. diphthongo terminatum. huic poetæ. huic musæ.

Accusatiuū in am hunc poetam. hanc musam. uocatiuum. a. o poeta o musa.

o musa.ablatiuum.a.sed producto ab hoc poeta.ab hac fortuna.

tionis.

¶Nominatiuum & uocatiuum pluralem.æ.diphthongo.hi poetæ o poetæ.genetiuum rum horum poetarum. Datiuum & ablatiuum in is: his & ab his poetis.as accusatiuum hos poetas.

Accusatiuꝰ singularis primæ declinationis.

¶Secũda declinatio datiuũ & ablatiuũ singularẽ o terminat oĩ genere. huic & ab hoc grãmatico.huic & ab hac fraxino.huic &.ab hoc regno: Accusatiuũ um hunc grãmaticũ.hanc fraxinũ.hoc regnũ. Vocatiuũ generis qdem masculini aut.e.correpta:aut.i.uel similem nominatiuo.ut o magne o Sallusti.o puer iuenies ãtiqtus & us syllaba terminatũ uocatiuum singularem secũdæ declinationis.ut Vergilius Corniger hesperidũ fluuius ꝑ fluuie.fœminini generis secũdæ declinatiõis uocatiuus singularis semp.e.correpto terminatᷣ o fraxini. Neutri um o regnũ. Nominatiuum & uocatiuũ pluralẽ masculini & fœminini generis.i.facit secunda declinatio.hi & o magr̃i.hæ & o fraxini.Neutri.a.hæc & o regna.Genetinũ in oĩ genere rum.harũ fraxinoꝝ.Datiuũ & ablatiuũ is in oĩ genere. his & ab his magr̃is.fraxinis regnis.Accusatiuũ generis masculini & fœminini os,hos grammaticos fraxinos.Neutri uero.a.hæc regna.

Vocatiuus secũdæ declinationis.

Fluuius.

¶Tertiæ declinationis datiuus singularis in oĩ genere.i.finitᷣ.huic sacerdoti huic carmini.Accusatiuus generis qdẽ masculini & fœminini em. hunc & hanc sacerdotẽ.Neutri uero similis erit nomĩatiuo & uocatiuo. hoc carmẽ.uocatiuus gñis oĩs similis erit noĩatiuo o sacerdos.o carmẽ. Ablatiuus in genere masculino uel fœminino.aut e corrapta terminabitur.ut ab hoc & ab hac sacerdote.aut.i.ut ab hoc & ab hac agili.in genere neutro semper e correpto terminatur.ut ab hoc carmine.ab hoc suaue. Nominatiuũ accusatiuũ & uocatiuũ pluralẽ generis masculini & fœminini es producta syllaba terminabit.tertia declinatio.hi & hæ hos & has: & o sacerdotes.Interdũ accusatiuus is:ut hos & has agilis.Neutri uero.a. ut hæc carmina.Genetiuũ in oĩ gñe um hoꝝ & harũ sacerdotũ.horum carminũ.Datiuũ & ablatiuũ in oĩ gñe bus.his & ab his sacerdotibus:

Declinatio tertia.

Ablatiuus tertiæ declinationis.

Suaue in ablatiuo

¶Quarta declinatio datiuũ singularẽ generis masculini & fœminini ui sepatis facit.ut huic senatui huic manui.Neutri uero generis.u.sola huic cornu.Accusatiuũ generis masculini & fœminini um.hunc senatũ.hanc manũ.Neutri.u.hoc cornu.Vocatiuũ in oĩ genere similẽ faciet nominatiuo.o senatus o manus o cornu.Ablatiuũ.u.terminabit in oĩ genere.ab hoc senatu.ab hac manu.ab hoc cornu.Nominatiuũ accusatiuũ & uocatiuũ plurales in genere masculino & fœminino us syllaba terminabit.ut hi & hæ:hos & has & o senatus.manus.Neutri uero.a.hæc o cornua. Genetiuum in omni genere um.horũ senatũ.harũ manũ.horũ cornuũ.

Declinatio quarta

Datiuũ & ablatiuũ in oĩ gñe bus. ut ab his senatibus manibus cornibus.

Declinatio quinta

¶ Quintæ declinationis datiuus singularis similis erit gtõ ei sepatis aut pducto aut correpto. e. añ. i. huic spẽi. huic rei. Accusatiuus em. hãc spẽm hãc rẽ. Vocatiuus similis erit noĩatiuo o species. Ablatiuus. e. pducto ab hac specie. Vñ dies genere fœminino declinãda est: quoniã nullũ nomẽ latinũ inuenit generis masculini ablatiuo singulari. e. pducto terminatum. Nominatiuus accusatiuus pluralis similes erunt nominatiuo & uocatiuo singulari & es terminabuntur. hæ has o species. Genitiuus indifferẽter & rum & um accipiet. ut harum specierum: uel speciecum datiuus & ablatiuus bus his & ab his speciebus.

Dies fœmi- nino genere declinanda.

Specierum Speciecum

¶ Ergo quoniã genitiuo singulari repto facillime omniũ declinationũ noia declinant. Docẽdum est qualis noiatiuus qualẽ faciat genetiuum. Tractemus igit p singulas lras uel syllabas noiatiuũ singularem. ex quo genitiuus trahit. quo cognito utriusq numeri casus facillime declinabũtur. Sed ante de noiatiuo qnq declinationũ breuiter tractemus qbus lris uel syllabis uel modis unaqq declinatio noiatiuũ terminat singularem.

Ntũs singu. priæ. decli. quot modis fiat.

¶ Primæ declinationis noiatiuus singularis fit modis tribus. a. as. es. producta poeta poetæ. æneas æneæ. anchises anchisæ.

Ntĩ. sing. ii. decli. terminationes.

¶ Secũdæ declinatiõis noiatiuus singularis fit mõis qnq. um. eus. ir. us. er. regnum regni. puer pueri. uir uiri. magnus magni Tydeus Tydei.

Ntũs sin. iii. decli. quot modis fiat.

¶ Tertiæ declinatiõis noiatiuus singularis fit modis quadragita uno. a. c. e. correpto. o. t. al. el. il. pducta. ul. an. pducta. correpta. en. pducta. on. correpta. on. pducta. ar. er. correpta. er. producta. or. ur. as. es. pducta. es. correpta. is. os. pducta. os. correpta. us. pducta. ax. ex. producta. ex. correpta. ix. ox. correpta. ox. pducta. ux. correpta. ux. pducta. Toreuma toreumatis: dulce. dulcis. ordo ordinis. dido didonis. lac lactis. caput capitis. tribunal tribunalis. mel mellis. tanaquil tanaqlis. sol solis. suthul suthulis. titã titanis. crimẽ criminis. lien lienis. mẽnon mẽnonis. sinon sinonis. instar instaris. cadauer cadaueris. uer ueris labor laboris. tibur tiburis. facultas facultatis. seges segetis. strages stragis. suauis suauis. os ossis. os oris. uenus ueneris. uirtus uirtutis. tenax tenacis. grex gregis. rex regis. nix niuis. nox noctis. uox uocis. nux nucis. lux lucis. Terminatur etiam duabus consonantibus copulatis. n & s. & diuidũtur in modos quinq. Nã aut. a. ante. ns. habet infans infantis. aut. e. productam ufens ufentis. Nã correpta ante ea nullum nomen reperitur. Sicut nec. i. aut. o. correptam. ut insons insontis. aut productam ut fons fontis. aut. u. aurũs auruntis. Hoc tamẽ scire debemus. quod oia noĩa. n. & s. terminata tis genetiuo faciãt necesse est. exceptis duobus: quæ dis faciũt genetiuũ: & tis. ut frons

Suthul opp.

Instar instaris.

Vfens fl.

Noĩa. n s. terminata.

pars capitis

pars capitis frontis & frons.quod est folium frondis.& lens animal lendis.legumen lens lentis.quidam addunt glans glandis.Sed & hæc glandis nominatiuo posuit Vergilius.

Frõs frontis
Frõs frõdis
Lens lendis
Lens lentis
Glãs glãdis

¶Quarta declinatio noĩatiuũ singularẽ terminat modis duobus.us. & u.hic fluctus huius fluctus.hoc cornu huius cornu.hoc gẽu huius genu.

¶Quintæ declinationis nominatiuus singularis fit modo uno. es.semper producta.dies diei.res rei.

¶Hucusq̧ de nominatiuo.Nunc de genetiuo doceamus per singulas litteras uel syllabas nominatiui decurrentes:unde genitiuus qualis sit poterit declarari.quo patefacto poterimus scire.quo modo omnis casus utriusq̧ numeri secundum rationes suprapositas declinatur.

¶A.littera terminatus nominatiuus singularis siue pura siue aliqua cõsonanti iuncta generis masculini & fœminini tantũmodo latinorum nominum reperitur qui genetiuum.æ.diphthongo terminans docebit nos quomodo totos casus utriusq̧ numeri declinemus secundum rationem primæ declinationis.quam paulo ante monstraui. inueniuntur generis neutri.a.littera terminata:sed peregrina quæ declinantur ratiõe tertiæ declinationis quæ(sicuti docui)genetiuo is syllaba terminantur.ut hoc toreuma huius toreumatis.schema schematis.Nã quod Plautus in amphitrione posuit cũ seruili schema nõ neutri generis declinationẽ subuertit: sed genus.hæc enim schema declinauit ab hac schema:sicut hæc fortuna ab hac fortuna primæ declinationis nõ tertiæ hoc schema genere neutro. nam ab hoc schemate posuisset.a.n.terminatum nomẽ generis neutri latinitas non habet exceptis tribus hic & hæc & hoc uerna aduena & hoc thuria nomen fluminis lectum in secunda historia Sallustii.

Schema fœminini gñis apud Plautũ
Verna triũ generum.
Aduena triũ generũ.
Thuria flumen.

¶E.ergo nomina termĩata græca sũt:ut Danae Euterpe.Circe. Agaue. Et si qui uoluerit declinare hoc modo faciet secundum græcos. Immo addat in genetiuo es:& in accusatiuo en:& faciet huius danaes unde est illud æstiferæ libyes.hanc Danaen:ablatiuum enim quia græcum est nõ habet:& conuertũtur sic ex.e.littera.a.facit & dicitur Circa unde est Horatii uolente Circa.ergo in genetiuo æstiferæ libyes Lucanus: Sallustius Apollinis filia & Cyrenes.

Circe
Circa
Apollinis & Cyrenes. F.

¶E.lr̃a terminata noĩa generis masculini & fœminini nõ inueni latina. Sed græca.e.ꝓducta terminata quæ aut græca ratione latinitatis. ut hæc Dana e huius danaes.qua syllaba nullus genetiuus latinus terminatᷣ. aut e.in.a.mutans noĩatiuo declinatᷣ rõne primæ declinationis.æ. diphthongo faciẽs genetiuũ huius Danaæ.helena heleuæ.Generis neutri latĩa nomina reperi.e.terminata sed correpto quæ is facientia genetiuo declina-

bunt secūdum rōnem tertiæ declinationis.hoc suaue huius suauis. hoc
Præsepe monile huius monilis.hoc præsepe huius psepis.hoc.n.genere declinat.
Præsepis Nam quod Plautus hæc:psepis in ea est: genere fœminino: sicut apud
græcos auctoritas est non ratio.Pes enim terminata nomia siue correpta
siue producta:aut tis faciunt genetiuum aut dis.Præpes præpetis. pes pe
Dapem dis.Nam dapes numero semper plurali declinātur. Dapem tantūmodo
legi numero singulari.Sicut multorum nominum aliqui casus inueniū
Sponte tur.ut sponte.Tabo iuppiter.o.iuppiter. Nam qui declinat hic iuppiter
Tabo huius iouis.potest & hic phœbus huius appollinis declinare. & hæc Mi-
Iuppiter in nerua huius palladis.& hic hercules huius alcidæ.
ntō dūtaxat ℭF.g.h.his litteris nomen non reperi terminatum.
& uocatiuo. ℭI.littera terminata nomia quattuor tantūmodo reperi sine aliqua de-
Nihili clinationem.Nam monoptota sūt duo generis omnis. hic & hæc & hoc
Frugi nihili frugi:& duo generis neutri tantūmodo singulari:hoc gummi.hoc
Gummi sinapi.Quāuis Plautus in Pseudulo.hæc sinapis declinauerit. Inueni &
Sinapi duo in numero plurali masculina in nūero singulari neutra. hi argi. hoc
Sinapis argos.hi porri hoc porrum.
Argos ℭK.hac littera nullum reperi terminatum.
Argi ℭL.littera terminata nomina latina generis masculini & fœminini: ex
Porrum ceptis quattuor nulla reperies.hic sol.hæc Tanaquil. Tanaquil. n. uxor
Porri fuit Tarquini Prisci.Appellatiuum quidem est:sed pro pprio habetur.
Tanaquil hic consul.hic & hæc & hoc exul.generis uero neutri plurima nomina re
Exul trium peries hac littera terminata.que si erunt monosyllaba in genetiuo.l.litte-
generum ra duplicabitur.mel mellis.fel fellis.excipitur unū.sal salis.unde quidam
Sal Sale. hoc sale declināt.Oia tamē rōne tertiæ declinatiōis flectunt. Namis syl-
laba genetiuū pferunt:siqua alia inuēta fuerint.exceptis suprapositis. ge
Muthul neris masculini barbara sunt.ut Hānibal basdrubal. Hamilcar Hiēpsal.
opp. A derbal.Inueniunt & generis neutri barbara hoc muthul.hoc suthul.
Suthul ℭM.littera terminatum nomē generis masculini uel fœminini.excepto
opp. uno generis oīs monoptoto.latinitas nō habet hic & hæc & hoc nequā.
Nequam generis neutri plurima reperies.que gtō casu aut una aut duabus termi-
nabuntur.Tunc una si ante um syllabā nominatiuus.i. nō habuerit.ut
hoc bellum.regnū.sceptrum.belli regni.si habuerit genetiuus duabus.i.
terminabit.ut hoc sacrificium huius sacrificii. sicut quæ ante us syllabā
Vocatiuus a habent.i.ut Terentius Terētii.Ex quibus una syllaba sublata fit uocati-
noībus pro- uus si sint noia propria.ut o Terēti:Sin appellatiua nouissimam us in.e.
priis & appel mutabunt in uocatiuo.o.egregie.Omnia tamē noia. m.littera termiata
latiuis in ius secūdæ sūt declinatiōis.nā.i.faciūt gtō:excepto uno nequā monoptoto.

ℭN.littera

N. littera terminata nomina tertiæ sunt declinationis. Nã omnia nis faciunt genetiuo, Latina quidam generis masculini & fœminini rara ha bētur duo figura simplici hic rien huius rienis. hic lien huius lienis. Cõposita generis oīs. hic & hæc & hoc Tibicen. Cornicen. Fidicen. Tibicinis. Cornicinis. Fidicinis. Quãuis Terentius Fidicinã. & Tibicinam po suerit. Neutri generis multa reperiunt᷑.n. in nominatiuo correpta in ge netiuo. e. in. i. mutata. ut hoc Pollen pollinis carmẽ carminis lumẽ lumi nis. Gluten glutinis. crimen criminis. Limen liminis. Sed quoniã multa græca uel barbara nomina reperiuntur generis masculini uel fœminini. Nam latina exceptis suprapositis & uno altero ꝓprio hic Ligmõ ligmo nis. o. & in noīatiuo & in genetiuo correpta alia non iueniunt᷑. obseruãdum est ut tunc producamus latine si apud illos producit᷑. ut Sinõ sinonis. Rubicõ rubiconis. Tunc corripiamus. si apud illos corripiuntur. ut Mēnon mēnonis. hic & hæc Saxon saxonis: hic Titan Pan. titanis panis uel titanos panos. ut Vergili. Panos de more lycæi. sine alicuius declina tionis ratione. Nulla enim declinatio genetiuo nos syllaba terminatur. Vnum excipitur tis faciens genetiuo Laocoon laocoontis. posuit Lucretius. hoc sanguen nouo more cum sit hic sanguis huius sanguinis. cõ tra rationem guis terminatorum quæ genetiuum similem nominatiuo faciunt. hic Anguis. Pinguis. huius anguis pinguis.

Rien Lien
Tibicẽ omnis generis
Cornicẽ triũ generũ.
Fidicen omnis generis
Fidicina
Pollẽ in genere
Sinon
Rubicon
Mēnon
Saxon cõe duũ geneꝝ.
Pan panis & panos
Laocoon
Sanguen
Sanguis

O. littera pura terminata nomina genetiuo. o. producant necesse est. & tertiæ sint declinationis. Nam is terminant genetiuũ. Leo leonis. pollio pollionis. excipitur unum quod in genetiuo. o. in. e. correptam mutat. hic Anio huius anienis. nomen fluminis. cum aliqua uero consonãti præposita: & corripiuntur & producuntur. Ideoq́ per singulas litteras doceamus iunctas. o. litteræ.

Anio flumi.

Bo terminata producuntur in genetiuo Libo libonis. Carbo carbonis. Narbo narbonis. Hoc tamen scire debemus. ꝙ omnis nominatiuus o. littera terminatus siue pura. siue aliqua consonante præposita. & iuncta corripitur. exceptis græcis quæ producuntur. ut Dido. Manto. Ideoq́ indifferenter declinantur. Latina ratione huius Didus. Mantus. ut Vergilius Fatidicæ mantus. & Thusci filius amnis.

Narbo
Dido in syllaba

Co syllaba si inuenta fuerint producentur barbara. audiui Sico siconis. Franco franconis.

Co syllaba terminata
Sico Frãco

Do oīa in genetiuo. o. in. i. mutant. Ordo ordinis. Hirũdo hirũdinis. Cardo cardinis. exceptis duobus quæ. o. habent in genetiuo productam. ut Pedo pedonis. cerdo cerdonis. Nam Dido græcum est.

Pedo
Cerdo

Fo termīata ꝓducũt᷑ ĩ gtõ. Buso busonis. Gorso gorsonis. & siq̃ talia

Bufo Gorfo uel Gryfo — ¶ Go finita.o.in.i.mutant in genetiuo:necesse est & sint generis fœmi nini:uirgo uirginis.carthago carthaginis. uligo uliginis. excipitur unũ. quod in genetiuo ante.o.syllaba producta terminatur : & generis est ma

Ligo — sculini.ligo ligonis instrumentum rusticum. Ambago latinum non est.

Ambago — Nam ambages & cõpages nomĩatiuo utriusq; numeri declinantur. sicut

Ambages — Lucanus. Compage soluta non compagine a noĩatiuo singulari hæc cõ-

Compages — pages.nõ hæc compago.nam compaginis & cõpagine faceret. Vergilius Laxis laterũ cõpagibus & non cõpaginibus. Et multæ ambages non am- bagines:oĩa tamen sicut docuimus:nomina.o.terminata : siue pura:siue aliqua consonanti anteposita & iuncta tertiæ sunt declinationis.idest ge- netiuum is syllaba terminant.exceptis græcis.quæ & græca ratione us fa-

Dido didus — ciunt genetiuo. & nis Dido didus.Dido didonis. & siqua talia.

Dido didõis — ¶ Ho finita producunt in genetiuo.o.ut lurcho lurchonis.lectũ nomẽ

Lurcho qui. — in Plauto significans ganeonẽ.nepotẽ deuoratorẽ. Hoc tamen scire de- bemus.q; oĩa nomina post.c.lr̃am habentia. h.peregrina sunt chorus ar-

Charon — chemorus charta charon. Chrysus chalybes. exceptis tribus. quæ latina

Lurcho — sunt.lurcho:pulcher.orchus.sic enim in antiqoribus reperies nõ orchus.

Pulcher — ¶ Ko non inuenies.ideo quoniam.K.non scribitur nisi ante.a.litterã

Orchus — puram in principio nominum.uel cuiuslibet partis orationis consequen

K. lr̃æ ptãs. — tis syllabæ consonans principium sit.sicut docui in libro primo.

¶ Lo terminata latina producuntur. Milo milonis. Calo calonis.græca in.i.mutabunt Apollo apollinis.

¶ Mo producunt. Temo temonis. Sulmo sulmonis. excipitur unum.

Homo hoĩs — quod.o.in.i.mutat Homo hoĩs.q̃uis antiqui homonis declinabant.

¶ No terminatum nullum nomẽ repperi.qui ĩuenerit : doceat rõnem.

Vappo. — ¶ Poli syllaba producuntur.uappo uapponis animal est uolans. quod uulgo animas uocant.lectum est apud Lucretium hos uappones.

Qu.lr̃æ ptãs — ¶ Quo hac syllaba ideo nulla pars orationis terminatur : quoniam.q. littera nunq̃ scribitur nisi quando.u.littera & alia uocalis seq̃es iuncta fuerit:sicut docui in libro primo.

¶ Ro terminata producuntur in genetiuo Cicero ciceronis. Varro uar ronis. Tiro Tironis:unũ.o.lr̃am ĩ genetiuo:& in omnibus casibus utrius

Caro carnis — q; numeri pdit.hæc caro huius carnis:excepto uocatiuo singulari.o.caro.

¶ So producuntur Naso nasonis. Piso pisonis.

¶ To latina quidẽ nomina hac syllaba terminata in genetiuo corripiũ-

Britones — tur.Brito britonis.Santo santonis. Nomina mulierum græca:ut produ-

Santones in syllaba — cuntur:aut.u.habebunt in genetiuo. Manto mantonis.uel mantus. Le-

Leto letonis — to letonis.uel letus.

Vo non inueni hac syllaba nomen aliquod terminatum.

Xo nec hac syllaba inueni finitum nomen nisi barbarum. quod audiui Brixo brixonis. Brixo.

Zo hac quoq; syllaba nullum nomen repperi terminatum: nisi unũ barbaræ ciuitatis lectum in Sallustio. Vizo uizonis. Vizo opp.

P. hac littera nullum nomen potuit reperiri: quia nec hac littera nomen aliquod terminatur ratione supra monstrata.

R. littera noia terminata multa sunt. Hoc tamẽ scire debemus. quod generis oĩs nomina. r. littera terminata & neutri solius tertiæ sunt declinationis. Nam is syllaba finient genetiuum. hic & hæc & hoc par huius paris. Impar imparis. cadauer cadaueris. iecur iecoris: excepto uno hoc ir significans medietatem palmæ: quæ etiam uola dicitur græce θεναρ. Generis uero masculini & fœminini solum incerta sunt: an secundæ declinationis & genetiuo. i. finiantur: an tertiæ declinationis is syllaba terminentur genetiuo. ideoq; per singularum litterarum. r. lr̃am antecedẽtium syllabas decurrentes doceamus. quæ sint declinationis secundæ: quæ tertiæ. Ir. Vola. Thenar

Ar pura nullum nomen repperi terminatum.

Er pura termiata masculina secũdæ sũt declinatiõis. puer pueri. fœminina mulier mulieris tertiæ sũt declinatiõis. & sic̃ alia oĩa tñ corripiunt.

Ir pura unũ indeclinabile uel monoptotũ repperi. hoc ir. contra rationem nominum. r. littera terminatum. quæ omnia sicut ante docui. tertiæ sunt declinationis: idest genetiuo is syllaba terminantur. Ir

Or pura inuenta generis masculini & fœminini tertiæ sũt declinationis ris terminantia genetiuum. o. in nominatiuo correpta in genetiuo producta hic & hæc melior huius melioris.

Vr pura nullum nomen repperi terminatum.

Bar terminata tertiæ sũt declinationis ris faciũt gtõ. hoc iubar iubaris splẽdorẽ diei significat. Vergilius. Iubare exorto: nũero semp singulari. Iubar quid

Ber terminata noia & corripiunt & secũdæ sunt declinatiõis. Nã aut bri faciũt genetiuũ. ut coluber colubri. cantaber cantabri. insuber isubri. aut ri. ut liber liberi. uel libri. Tunc eri si deum uel igenuũ significamus. q̃uis in metro liber deus & liber igenuus pducit. ut ẽ liber & alma ceres: in alio significatu corripit li. ut alta liber aret in ulmo. Sed rõnabilr cũ li corripit. gtõ bri facimus liber libri: excipiunt duo ber terminata. q̃ tertiæ sũt decliatiõis. hymber hymbris. Terẽtius. hymbrẽ aureũ. em enĩ syllaba terminata accusatiuo tertiæ sũt declinatiõis nõ scdæ. idest gtõ is termiato ueniũt nõ. i. ut Verg. Tres hymbris torti radios. hic suber huius suberis. Vergi. raptus de subere cortex a gtõ is terminato. Nam si, i. terminaretur Insuber Liber Hymber Suber

Liberi. gtūs abltūs a subero diceret: liberi filii numero semp plurali declinatur.

¶ Bur hac syllaba nullum nomen repperi terminatū qui inuenerit etiā declinationis doceat rationem.

¶ Bor terminata tertiæ sūt declinatiōis. Nā ris faciūt gtō. ut labor laboris. Oia tñ noīa or syllaba pura terminata & cū alia cōsonāte ꝓposita & iūcta in noīatiuo qdē corripiunt̄. in genetiuo si fuerint appellatiua ꝓducunt̄. Orator oratoris. ꝑceptor ꝑceptoris: exceptis quattuor. q̄ q̄uis sint appellatiua tamē corripiunt̄. arbor arboris. marmor marmoris. æquor æquoris. hic & hæc memor memoris. Actor si appellatiuū fuerit ueniēs ab agēdo ꝓducit̄ in genetiuo actoris. si sit noīs nomen ꝓprium corripit̄. ut Vergilius. Actoris Aurūci spolium. Oia eni ꝓpria or syllaba finita genetiuo corripiunt̄. ut nestor nestoris. hector hectoris. castor castoris. Et si qua talia. quidam putāt Vergiliū cōtra rōnem ꝓpriorū ꝓduxisse: Herculis Antorē comitē. Sed errāt. nā hic Antores declinauit: non antor. Sicut Diores: & hoc tamen scire debemus. ꝙ appellatiua or terminata: si tracta fuerint a uerbo genus fœmininū trix termināt. ultor ultrix. ulciscor. ꝑceptor ꝑceptrix. ꝑcipio. Auctor si sit tractū a uerbo augeo. auctrix facit. si nō uenit a uerbo: sed significat principē: quod nomē nō uenit a uerbo: etiā fœminio genere auctor facit. sicut Vergilius ex ꝑsona Iunonis. auctor ego audēdi. princeps nō quæ augeā. nā auctrix diceret. sed excipit̄ unū. quod quāuis nō ueniat a uerbo. tamē fœminino trix facit. genetrix balneatrix. nā defensatrix rōnabiliter debet dici. nisi quoniam male sonant. & nonnunq̄ q̄uis ueniāt. a uerbo tamē fœminino. or. facit hic & hæc memor.

¶ Bur terminata. tertiæ sunt. nam ris facient genetiuū. u. ante ris habentia. Tibur tiburis. unū in genetiuo. u. in. o. correptā mutat ebur eboris.

¶ Car tertiæ sunt declinatiōis. ris faciūt genetiuo Bomilcar bomilcaris.

¶ Cer terminata si sunt generis omnis. tertiæ sunt. & ris faciunt genetiuo hic & hæc & hoc acer. quamuis Horatius soluitur acris hiems huius acris. quamuis Vergilius alacris palmas. Sin aliter secundæ erunt ri terminabunt genetiuum ut signum cæleste aut fluuiale animal. Cancer cāncri. sacer sacri. macer macri: exceptis duobus quæ quāuis non sint generis omnis. tamen tertiæ sunt declinationis ris faciunt genetiuo Cicer ciceris. hic carcer carceris. Omnia tamen nominatiuo cer corripiuntur. ergo breuiter hoc obseruandum precipiamus. cer terminata generis neutri ris faciunt. masculini uero ri: excepto uno carcer carceris. ergo generis fœminini solum cer terminatum non reperitur.

¶ Cir hac syllaba nullum nomen repperi terminatum.

¶ Cor terminatum unum monosyllabū repperi tertiæ declinatiōis dis faciens

Marginalia: Actor — Or syllaba terminata ꝓpria corripiūtur in gtō. — Antores — Verbalia — Auctor — Genetrix — Balneatrix — Defensatrix — Memor — Ebur eboris — Acer cōe trium generū — Cancer — Carcer

faciens genetiuo.hoc cor huius cordis.& siqua ab eo deducuntur.s.littera ad dita concors concordis.secors secordis facit.cætera omnia genetiuo tis faciunt. Secors

¶Cur terminata tertiæ sunt declinationis.ris faciunt genetiuo.u.in.o: correptam mutata iecur iecoris.& siqua talia inueneris. Iecur

¶Dar syllaba nullũ nomẽ repperi terminatũ.qui inuenerit etiã rationẽ declinationis demonstret.audiui nomẽ oppidi barbari hoc zidar zidaris Zidar opp.

¶Der syllaba terminata corripiũtur in nominatiuo & græca sunt: &.e. in genetiuo perdunt secundæ declinationis ri faciunt genetiuo. Menander Menandri. Alexander alexandri. Leander leandri. Euãder euandri. Thersander thersandri. quãuis Thersandrus & euandrus lectum est.

¶Dir unum nomen repperi tertiæ declinationis ris faciens genetiuum hoc Gadir huius Gadiris.nomen oppidi. Gadir

¶Dor terminata tertiæ sunt declinationis ris faciunt genetiuo.o.in genetiuo.in propriis si inuenta fuerint correpta secundum rationem supra positam. In appellatiuis uero.o.in genetiuo producunt. nidor nidoris. splendor splendoris.& siqua talia appellatiua or syllaba fuerint terminata.o.in genetiuo producunt:exceptis suprapositis.quæ quãuis sint appellatiua.tamen.o.in genetiuo corripiunt sicut propria:or.terminata.ut arbor arboris.æquor æquoris.marmor marmoris.

¶Dur terminata unum legi in plauto magudur.est ergo tertiæ declinationis ris faciens genetiuo sed uide ne melius sit nominatiuo non magudur dicere.sed maguderis:aut si rationabiliter quæramus placebit:ut monoptoton sit.uel indeclinabile: quoniam nullus accusatiuus ur syllaba terminatur.magudur ergo per totos casus declinandum est. Magudur Maguderis

¶Far terminatum unum repperi monosyllabum tertiæ declinationis ris faciens genetiuo.r.duplicata hoc far huius farris numero semper singulari. Nam quod Vergilius numero posuit plurali.robustaq; farra.poetice posuit nõ rationabiliter sicut æra mella uina. Quippe omnia nomina deorum uel elemẽtorum uel earũ rerũ quæ aut ad pondus aut ad mẽsurã pertinent singulariter declinantur:sicut etiã in primo docui libro. Far / Noĩa quæ tãtum singulariter declinantur.

¶Fer terminata corripiuntur & secundæ sunt daclinationis ri terminãt genetiuum lucifer luciferi.frugifer frugiferi signifer signiferi. & siqua a ferendo fuerint deriuata habebunt in genetiuo.e.correptam ante ri.finaliter.e.perdunt in genetiuo afer afri. Afer Afri

¶Fir for.his syllabis nullum nomen repperi terminatum.

¶Fur tertiæ sunt declinatiõis ris faciunt genetiuo.hic & hæc & hoc fur & siqua talia. Fur cõe triũ generum.

¶Gar non inueni hac syllaba nomen terminatum.

¶Ger terminata corripiunt & oĩa secũdæ sunt declinationis.nã aut gri faciunt gtõ:aut ri.Tum ri si agerendo nomẽ fuerit deriuatũ.ut armiger armigeri.aliger aligeri.Sinaliter gri.ut ager agri.piger pigri.

Agger aggeris. niger nigri:excipitur unum quod ris facit genetiuo.agger aggeris.

¶Gir non repperi nomen hac syllaba terminatum.

Frigor ¶Gor tertiæ sunt declinatiõis ris faciunt gtõ.o.in noĩatiuo correpta in gtõ producta.frigor frigoris.fulgor fulgoris.algor algoris.& siqua talia.

Augur oĩs generis. ¶Gur tertiæ sunt declinationis ris faciunt genetiuo. hic & hæc & hoc augur huius auguris.ligur liguris.& siqua talia.

¶Har non inuenies nomen terminatum.

Pulcher. ¶Her pura syllaba nõ inuenies adiecta.c.añ.h.iueni unũ.e.correpta in noĩatiuo in gtõ uero pereunte:hoc pulcher huius pulchri hoc latinũ solũ repperi secundæ declinationis nã genetiuũ.i.lrã terminatũ inueni: & her producta finitum.t.lrãm ante se habẽs sed græcũ.e.in genetiuo corripiens declinationis tertiæ.is.genetiuo terminatur:æther ætheris. Hoc tamen scire debemus quod post.c.lrãm.h.latinitas non habet:exceptis pul

Orchus. Lurcho. cher orchus lurcho sic in antiquis.nam chalybes latinum non est.y.enim litteram habet quæ in peregrinis adhibetur in latinis nunq̃.

Chalybes: ¶Hir hor hur iar ier.nulla noĩa repperi termiata q̃ iuenerit doceat rõnẽ

Y.peregrina tm̃ notant ¶Ior tertiæ sunt declinationis ris faciũt genetiuo.o.in nominatiuo correpta in genetiuo producta.hic & hæc maior maioris peior peioris.

¶Iur Kar Ker Kir Kor Kur.his syllabis nullum nomen inuenitur.

Lar familiaris. ¶Lar tertiæ declinationis est ris facit genetiuo hic lar huius laris. Plautus.ego sum lar familiaris. Vergi.pergameumq; larem.multi numero

Hilar Hilaris Hilarus. semper plurali declinãt.quidam dicunt hic hilar debere dici sed barbarismus est hilaris legi & hilarus in Terentio.

Siler:frutex. ¶Ler hac syllaba duo nomina terminantur siler & celer quæ sunt tertiæ declinationis.

¶Lir nullum nomen repperi hac syllaba terminatum.

Color Colos ¶Lor tertiæ sunt declinationis.o.in nominatiuo correpta in genetiuo producta ris syllaba terminato.hic calor pallor caloris palloris.color coloris.quãuis Sallustius.igitur colos exanguis.sicut labos & labor.

Labos ¶Lur mar mir his syllabis nulla nomina terminantur.

Labor Vomer Vomis ¶Mer correpta repperi nomen terminatum tertiæ declinationis ris faciens genetiuo hic uomer huius uomeris & ubiq; correpta : dicitur: & uomis sic & faciens genetiuum.

¶Mor tertiæ sunt declinationis ris faciunt genetiuo.o.in noĩatiuo sem

per correpta

per correpta in genitiuo si appellatiua fuerint pducta: ut amor amoris: exceptis duobus quæ quis sint appellatiua tamen corripiunt. marmor marmoris memor memoris sicut supra docui. or terminata noïa si fuerint appellatiua in genetiuo pducunt: exceptis quattuor arbor arboris. marmor marmoris. æquor æquoris. memor memoris. ppria ubiq; corripient semp nullo excepto. Vnũ contra omniũ ratione or terminatorũ & aliqua cõsonanti ppposita genetiuo ris non facit sed dis discors discordis. Discors

Mur & ipsa tertiæ sunt declinationis ris faciunt genetiuo casu murmur murmuris. numero semper singulari. Murmur numeri tm̃ singularis.

Nar tertiæ sunt ris facient genetiuo singulari. nar naris. nomen fluminis. Vergilius Sulfurea nar albus aqua. numero semper singulari. Nam hæ nares numero semper plurali. Vergilius. & Truncas inhonesto uulnere nares. Nar fl. Nares

Ner nir nur. his syllabis nomẽ nullũ repperi terminatũ. Vnũ repperi ner correpta terminatũ declinatiõis tertiæ ris faciẽs gtõ. hic & hæc & hoc degener huius degeneris. Vergilius degeneres aïos. Lucanus degener o populus: & aliud unum gener secundæ declinationis gener generi. Degener

Nor tertiæ sũt declinatiõis ris faciũt gtõ. o. in noïatiuo semp correpta in gtõ uero in appellatiuis pducta hic honor huius honoris minor huius minoris: & honos. Vergi. hic pietatis honos. Propria corripiũnt. o. etiã genetiuo Antenor antenoris. agenor agenoris helenor helenoris. Honor Honos

Par tertiæ sunt declinationis ris faciunt genetiuo hic & hæc & hoc Par uel impar paris uel imparis. dispar disparis. compar comparis.

Per terminata corripiunt. & sunt secũdæ: nã p. i. faciũt genetiuo caper capri. aper apri: excepto uno generis ois tertiæ declinationis. e. correptam ante ris habẽte hic Pauper pauperis. hæc paup. Teren. quã honeste in patria pauper uiuere. dicit & hæc Paupera. Plautus hæc res est paupera. & hoc Pauper. Vergilius. Pauperis & Tuguri. & hoc Piper huius piperis. Persius rugosum piper. Paup trium generum. Paupera Piper

Pir pur. his syllabis nullum nomen terminatur.

Por tertiæ sunt declinationis corripiunt in noïatiuo in genetiuo appellatiua producunt uapor uaporis sapor saporis legi unũ nouo modo figuratum apud Sallustiũ Publipor publiporis. nam quasi pprium est. Publipor

Quar quer quir quis. non reperiunt his syllabis noïa terminata.

Quor terminata noïa tertiæ sunt declinationis ris faciũt gtõ. o. in gtõ appellatiuorum producta. ut liquor liquoris: excepto uno: & in genetiuo correpto. æquor. æquoris: sicut marmor marmoris quæ sicut sæpius docui: de appellatiuorum ratione excepta sunt or syllaba terminato-

rum.o in genetiuo productam habentium.
Rar rer rir rur.his syllabis nulla nomina terminata inueni.
¶ Ror tertiæ sunt ris faciũt genitiuo in eo ꝓducta in appellatiuis mœro ris erroris terroris sororis.
¶ Sar tertiæ sũt declinationis ris faciũt gtõ Cæsar cæsaris & siqua talia.
¶ Ser terminata nomina corripiunt & sunt tertiæ declinationis & ris faciunt genetiuo: si aliud ex se genus non fecerint: ut anser passer anseris passeris si fecerint aliud genus secundæ erunt declinationis ri faciẽt genetiuo.hic miser huius miseri.
¶ Sir sur.his syllabis nulla nomina terminantur.
Cæsar ¶ Sor tertiæ sunt declinationis ris faciunt genetiuo producta in appellatiuis.messor messoris.fossor fossoris.cæsor cæsoris: & siqua talia.
¶ Tar pura non inueni nomẽ aliquod terminatum.s.littera uel alia cõsonanti antecedente iuncta facit nomen tertiæ declinationis ris faciens
Instar istaris genetiuo instar instaris nectar nectaris.
¶ Ter pura si nõ fecerint aliud genus ex se tertiæ sũt.mater pater matris patris.linter lintris unũ in genetiuo.e.correptam ante ris habet hic later huius lateris.Terẽtius.laterem lauẽ.si fecerint aliud ex se genus secundæ erunt declinationis.i.genetiuo faciẽtia.dexter dextri facit dextra dextrũ. excipit unũ quod nomĩatiuo solo casu & uocatiuo declinat.hic iuppiter
iuppiter. o iuppiter:nã q declinãt huius iouis declinẽt hic phœbus huiꝰ appollinis
¶ Ter secũdæ sunt declinationis tri faciunt genitiuo.magister magistri auster austri noster nostri.quidã excipiũt duo ris faciẽtia genetiuo nõ.i.
Equester eqster eqsteris.pedester pedesteris.sed eqstris & pedestris melius dicitur.
Equestris ¶ Tor siue pura siue aliqua cõsonãti ꝑcedente tertiæ sunt declinationis
Pedester ris faciunt genetiuo.orator oratoris quæstor questoris:castor corripit in
Pedestris genetiuo sicut sæpissime docui.in appellatiuis producta est exceptis illis
suprapositis quattuor suprapositis.arbor.æquor marmor: memor. In propriis uero semper correpta nunquam ꝓducta sunt siue pura siue aliqua consonanti præcedente & iuncta.
¶ Tur terminata nomina tertiæ declinationis ris faciunt genetiuo.Turtur astur turturis asturis.
¶ Var hac syllaba nomen nullum repperies terminatum.
¶ Ver siue ꝓducta siue correpta terminatum nomen tertiæ declinatio-
Verber nis ris facit genetiuo uerber uerberis.cadauer cadaueris.
¶ Vir terminata nomina secundæ sunt declinationis ri faciunt genetiuo uir uiri.treuir treuiri.
¶ Vor tertiæ sunt declinationis ris faciunt genetiuo liuor liuoris.o.in nominatiuo

nominatiuo correpta.in genetiuo producta ratione quam sæpe docui.

¶ Vur xar xer xir.his syllabis nulla nomina repperi terminata.

¶ Xor tertiæ sunt declinationis ris faciunt genetiuo. u.ante eam in appellatiuis producta uxor uxoris.

¶ Xur zar zer zir zor zur.his syllabis siquis nomen aliquod inuenerit doceat rationem declinationis.

¶ Xyr iuueni græcum tertiæ declinationis ris faciēs gtō.anxyr anxyris. Anxyr

¶ S.littera terminata noīa oībus declinatiōibus regūt. idest qnq: nā & æ.diphthongum faciunt genetiuum.ut æneas æneæ.&.i.ut magnus magni:& is.ut uenus ueneris.& us.ut fructus. & ei.ut dies diei fides fidei. Ergo per syllabas nominatiui doceamus qualis euenit genetiuus: unde declinationes singulæ declinantur.

¶ As pura terminata pene tota græca sunt.ergo si fecerint apud græcos genetiuum.ου erunt apud nos primæ declinationis.i.genetiuū.æ. diphthongo terminabunt.ut λυσιας λυσίου huius lysiæ αινείας αινείου huius æneæ.Si apud græcos fecerint genetiuo τος apud nos erūt tertiæ declinationis is syllaba terminantia.ut θόας θόαντος Thoas huius thoantis.fœminini generis si erunt & ipsa tertiæ sunt declinationis:sed dis.terminabunt genetiuum.ut τρωας τρωάδος Troas Troadis.& omnia talia quæ contra rationem latinitatis secundū græcos ultima syllaba acuuntur ut Thaumantias Thaumantiadis.nam si non acuerimus erit nomen generis masculini.& faciet genetiuum.æ. diphthongo terminatum primæ declinationis.ut Pelias peliæ.& Thaumantias thaumantiæ. Thaumātias Pelias

¶ Es pura inuēta nomīa latina si pducta fuerint quintæ erunt declinatiōis.nā genetiuo ei facient separatis.ut species speciei & oīa talia:excepto uno tertiæ declinationis tis faciens genetiuo quies quietis.Ex hoc cōpositū pducta ei faciet in genetiuo quintæ scilicet declinatiōis. Requies requiei.Correpta uero es tertiæ sunt declinatiōis tis faciunt genetiuo miles militis inqes inqetis.oīa tamē in genetiuo ante is uel ante ei pducuntur.Græca uero es pura terminata oīa pducunt tertiæ sunt declinatiōis. nā is gtō faciūt.ut Gobryes gobryis & siqua talia.es correpta terminata tertiæ sunt declinationis tis faciūt genetiuo.ut aries arietis: & siqua talia. Quies qetis Requies requiei. Gobryes

¶ Aes terminata latina sunt oīa tertiæ declinationis ris uel dis faciūt genetiuo.ut æs æris.Præs prædis.Quidam hi prædes numero semper plurāli putant sed errant.Nam Cicero pro Præde litis uindiciarum. Præs prædis

¶ Is pura terminata & græca sunt & dis faciunt gtō.lais laidis.thais thaidis.Nais naidis. Vergilius poetice Naias naiadis posuit. Aegle naiadū pulcherrima:non naidum:excipiuntur duo quæ is uel tis faciunt geneti Nais Naias

Simois uo Calais & nominatiuo & genetiuo hic Simois huius Simois uel simoentis. Omnia tamen tertiæ sunt declinationis.

Os oris. Os ossis Ossum ossi ℂ Os pura terminata latina duo inueniuntur monosyllaba unum productum ris faciens genetiuo os oris. & aliud correptum sis faciens genetiuo os ossis. Quidam hoc ossum dicunt sed errant. Nam omnia um terminata datiuo & ablatiuo pluralibus is faciunt: hoc autem bus ossibus secundum rationem tertiæ declinatiōis is genetiuo singulari terminatū. Græca secundæ erunt declinationis lageos lagei Vergilius. Tenuisq; lege os Androgeos androgei. hoc producitur: illa corripiūtur omnia: hæc in genetiuo ante nouissimā litterā aut corripient aut eā in. i. mutabunt.

ℂ Vs pura terminata si. i. ante se habuerint genetiuo facient duas. i. secū dæ scilicet declinationis. Vergilius uergilii. Terētius terentii. in alteram uocalē. una. i. ut arduus ardui. carduus cardui. I. ergo ante us habentia si propria fuerint uocatiuo. i. terminabuntur. ut o Vergili o Terenti: appellatiua. e. correpto o egregie. exceptis comparatiuis quæ tertiæ sunt declinationis ris genetiuo facientia. ut hoc carius huius carioris melioris. Oīa tamen cōparatiuo us syllaba terminata generis sint neutri necesse est.

ℂ A us terminata tertiæ erunt declinationis dis faciūt genetiuo laus laudis. fraus fraudis.

ℂ Eus secundæ declinationis si faciunt gtō. tydeus tydei. peleus pelei.

ℂ Vus uel uos secundæ sunt declinationis. i. faciunt genetiuo. hic ceruus uel ceruos: neruus uel neruos cerui huius nerui & siqua talia.

Va: uasis. Vas uadis ℂ Vas terminata tertiæ sunt declinationis sis uel dis faciunt genetiuum uas uasis. Terentius nec uas nec uestimentum. Vas uadis Cicero tanquā uade & siqua talia.

ℂ Ves omnia corripiuntur & tertiæ sunt declinationis tis facientia genetiuo ut diues tis & siqua talia.

ℂ Vis tertiæ sunt declinationis is faciētia genetiuo hæc nauis huius nauis. noiatiuo plurali ues producto faciunt hæ naues. excepto quod facit:

Vis Vires res noiatiuo plurali hæc uis huius uis hæ uires. Lucretius tamen numero plurali hæ uires & has uis. ut sit nomen uires numero semp plurali. & hæc uis hæ uis has uis o uis casus habēs in numero plurali tres: excipitur

Puluis unū quod ris facit gtō: hic puluis huius pulueris numero semp singulari

Abas Hiarbas ℂ Vas terminata græca sunt: unde si apud illos genetiuo τος fecerint apud nos tis tertiæ declinationis. hic Abas huius abatis. nam apud illos ἄβαντος. si apud illos βου apud nos bæ primæ declinatiōis. ut Hiarbas Hiarbæ ιαρβου enim facit.

ℂ Bes terminata producta sunt semper tertiæ declinationis. nam bis faciunt genetiuo

